



STANFORD UNIVERSITY
LIBRARY

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI

ANNALES REGNI FRANCORUM

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1895

(Unveränderter Neudruck 1950)

SCRIPTORES RERUM GERMANICARUM
UND
FONTES IURIS GERMANICI ANTIQUI

Die in der Oktavserie der Scriptores rerum Germanicarum veröffentlichten Ausgaben, die seit 1915 mit deutscher Einleitung und deutschen Anmerkungen und Registern ausgestattet sind, waren früher nur Abdrucke aus der Folioausgabe der Monumenta Germaniae Historica. In neuerer Zeit — seit 1875 — sind sie vollkommene Neubearbeitungen geworden, für die Handschriften und Literatur in weiterem Umfang herangezogen sind, als in der Folioausgabe möglich war. Einzelne in der Oktavserie herausgegebene Schriften sind in den Foliobänden überhaupt noch nicht enthalten; andere Bändchen enthalten einzelne Stücke, die dort fehlen; überall müssen diese neueren Ausgaben statt der in der Folioserie enthaltenen Texte oder wenigstens neben ihnen benutzt werden, und sie sind also für eine genaue Quellenforschung ganz unentbehrlich.

Mit * sind diejenigen Editionen der Schulausgabe bezeichnet, die die Folio- oder Quartausgabe in verbesserter oder umgestalteter Form ersetzen oder überhaupt nur hier veröffentlicht sind.

SCRIPTORES in 8⁰

	RM
Abbonis de bello Parisiaco libri III. Ed. G. H. Pertz. 1871	—,45
***Adam** Bremensis Gesta Hammaburgensis ecclesiae pontificum. Ed. tertia. Rec. B. Schmeidler	10,—
***Alberti** de Bezanis abbatis S. Laurentii Cremonensis Cronica. Primum ed. O. Holder-Egger. 1908	2,70
***Annales** Altahenses maiores. Ed. altera. Recogn. E. ab Oefele. 1891	1,60
***Annales** Bertiniani. Rec. G. Waitz. 1883	2,10
***Annales** regni Francorum inde ab a. 741 usque ad a. 829, qui dicuntur Annales Laurissenses maiores et Einhardi. Post ed. G. H. Pertzii recogn. Fr. Kurze. 1895. (Unveränd. Neudruck 1930)	3,60
***Annales** Fuldenses sive Annales regni Francorum. Post ed. G. H. Pertzii recogn. Fr. Kurze. 1891	2,20
***Annales** Hildesheimenses. Ed. G. Waitz. 1878	—,75
***Annales** Marbacenses qui dicuntur. (Cronica Hohenburgensis cum continuatione et additamentis Neoburgensibus.) Recogn. Hermannus Bloch. Accedunt Annales Alsatici breviores. 1907	2,50
***Annales** Mettenses priores. Primum recogn. B. de Simson. Accedunt addit. Annalium Mettensium posteriorum. 1905	2,—
Annales Poloniae. Ex recens. Arndtii et Roepellii. 1866. (Vergriffen.)	
***Annales** Xantenses et Annales Vedastini. Recogn. B. de Simson. 1909	1,80
***Arbeonis** episcopi Frisingensis vitae sanctorum Haimhrammi et Corbiniani. Recogn. Bruno Krusch. 1920	4,50

ANNALES
REGNI FRANCORUM

INDE AB A. 741. USQUE AD A. 829.

QUI DICUNTUR

ANNALES LAURISSENSES MAIORES
ET EINHARDI.

POST EDITIONEM

G. H. PERTZII

RECOGNOVIT

FRIDERICUS KURZE.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1895.

(Unveränderter Neudruck 1950)

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

ANNALES
REGNI FRANCORUM

INDE AB A. 741. USQUE AD A. 829.

QUI DICUNTUR

ANNALES LAURISSENSES MAIORES

ET EINHARDI.

ANNALES REGNI FRANCORUM

(ANNALES LAURISSENSES MAIORES).

*741.

*p. 134.

nn. Ripuar. DCCXLI.[a, 1] Carolus[b, *] maior domus defunctus est[c].

742.

ib. DCCXLII.[a] Quando[2] Carlomannus[b] et Pippinus[c] maiores[d] domus duxerunt exercitum contra Hunaldum[e] ducem Aquitaniorum[f] et ceperunt[g] castrum, quod vocatur Luccas[h, 3]; (nt. Fred. 25.)

*) Martellus *add.* *A* 1.

A 1. 2[a]. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1.

741. a) DCCXLV. *A* 2; *deest* *C* 3; *totus annus deest* *D* 1. b) Karolus *semper* *B* 5. *C* 2; Karlus *C* 3. c) *deest* *A* 1.

742. a) DCCXLVI. *A* 2; *deest* *C* 3. b) Carlmannus *semper* *A* 1; karolus magnus *semper* *A* 2; karlomannus *semper* *C* 2. c) pipinus *semper* *A* 1. *B* 4. d) maior *A* 2. *B* 5. *C* 1. 2; maiorum *C* 3; maiorum *erasis litteris* um *D* 1. e) Huualtum *A* 1; hunoldum *B* 5. u. m 1. f) Aquitaniarum *A* 1; aquitanorum *A* 2. *B* 2. 5. g) coeperunt *B* 4. *C* 1. 2; cęperunt *C* 3. h) Lucras *A* 1; lucas *B* 2. 4. *C* 3.

1) *Cf. Ann. S. Amandi* 741: Karlus dux Francorum mortuus est Id. Oct. 2) *Ann. S. Amandi* 742: Karl. duxit exerc. c. Chunaldum; *Cont. Fred.* 25: rebellantibus Wascones in regione Aquitania cum Chunoaldo duce . . . Carlomannus atque Pippinus germani principes . . . Lucca castrum . . . subvertunt. 3) *Loches.*

PRAEFATIO.

Annales Regni Francorum ab a. 741. *usque ad a.* 829. *pertinentes*[1], *quos vir doctissimus b. m. G. H. Pertz, editor optime de eis meritus, 'Annales Laurissenses Maiores' et 'Einhardi Annales' nuncupaverat*[2], *circiter anno* 788. *incepti et usque ad eum annum uno tenore scripti, exinde autem quotannis continuati esse videntur.*

Auctorum nomina memoriae non sunt prodita, sed consentaneum est eos inter viros regi proximos quaerendos esse. Primo[3], *qui circa annum* 788. *scripsit et opus usque ad a.* 795. *continuavit, subsidio fuerunt Chronici Fredegarii, qui dicitur, continuationes*[4] *usque ad a.* 768., *deinde Annales Ripuarici, e quibus Annales S. Amandi*[5] *derivati sunt, fere usque ad a.* 772., *tum Annalium Petavianorum*[6], *qui feruntur, recensio prior usque ad a.* 778. *et Annales Murbacenses, qui Annalibus Guelferbytanis, Nazarianis, Alamannicis*[7] *tamquam fundamento communi fuerunt, usque ad a.* 781.[8], *denique Annalium Laureshamensium recensio antiquior, e qua etiam Mosellani*[9], *qui dicuntur, fluxerunt, usque ad a.* 785; *praeterea Notitia illa de unctione Pippini regis a.* 767. *a quodam S. Dionysii monacho conscripta*[10], *liber aliqui locorum, quibus dies festi natalis Domini et paschatis celebrati sunt, alia quaedam ex archivo palatii petita*[11]. *Longe autem plurima scriptor aut ipse regem comitatus vidit aut ab aliis regis familiaribus audivit.*

Ad a. 788. *cum annales perducti essent, exemplar*

1) *De quibus cf. dissertationem meam tripertitam 'Ueber die fränkischen Reichsannalen und ihre Ueberarbeitung', I ('Die handschriftliche Ueberlieferung') 'Neues Archiv' XIX*, 295—329, *II ('Quellen und Verfasser des ersten Theiles') 'N. A.' XX*, 9—49, *III ('Die zweite Hälfte und die Ueberarbeitung') 'N. A.' XXI*, 9—82. 2) *MG. SS. I*, 126—218. 3) *Dubito anhic Riculfus fuerit, qui ab a.* 787. *usque ad a.* 813. *archiepiscopatum Mogontiacensem gessit, postquam in aula regis diutius diaconi munere functus est.* 4) *SS. rer. Merov. II*, 179 *sqq.* 5) *SS. I*, 6—14. 6) *SS. I*, 7—13 *et* 16—18. 7) *SS. I*, 22—31 *et* 40—48. 8) *Cf. 'N. A.' XX*, 16—19, *XXI*, 81. 9) *SS. XVI*, 491—499; *cf. 'N. A.' XX*, 13—16. 32—33. *XXI*, 82. 10) *SS. XV*, 1; *cf. 'N. A.' XXI*, 81. 11) *Cf. a.* 757. *et* 758.

eorum factum est, codex scilicet ille Laureshamensis, quo nomen Annalium Laurissensium nancti sunt[1]. Verum etiam eam, quae subsequitur, particulam usque ad a. 795. ab eodem auctore scriptam esse e genere dicendi colligere licet. Sed iam deficit librum ea narrationis abundantia, qua auctorem iis, quae narrat, ipsum interfuisse indicari solet; propterea iam circiter ab a. 788. in comitatu regis esse desiisse et tandem opus suum a. 795. alii continuandum commisisse videtur[2]. Id quidem persuasum habeo, eum, qui tunc annales regni continuandos suscepit, neminem fuisse nisi Einhardum, quo constat vix quemquam exstitisse regi familiariorem.

Ab eo tempore multi annalium scriptores ex his hauserunt: primus auctor annalium quorundam Bawaricorum, fortasse Salisburgensium (— 796), e quibus cum Iuvavenses Maiores et Minores, qui dicuntur, et S. Emmerammi Maiores[3] tum Maximiniani[4] et Xantenses[5] derivati sunt[6], deinde continuatores Annalium Petavianorum (— 796) et Laureshamensium, i. e. auctores Annalium Mosellanorum (— 797) et Laureshamensium (— 798 aut 799). aliquanto post (c. a. 805.) etiam auctor illius chronici, cuius magnae partes cum in fragmentis codicum tum in Annalibus Mettensibus, Chronico Anianensi, aliis servatae sunt[7], postea scriptor Annalium S. Amandi (— 808), primus auctor Lobiensium[8] (— 810) continuatorque eorum, quos modo dixi, Salisburgensium (— 811)[9].

Mortuo imperatore Karolo annalium compositio ea re paulisper intermissa videtur esse, quod Einhardus tum in vita illius describenda otium suum consumpsit. Dum imperfecti iacent, alterum exemplum eorum scriptum est, ex quo codices classis B pendent. Confecto autem illo negotio Einhardus ad annales videtur revertisse, quoniam inter eam, quae sequitur, partem eamque, quae antecedit, nulla est elocutionis differentia. Neque tamen usque ad finem omnia ab eodem Einhardo scripta esse veri simile est, ac dubito, an in a. 820. ante verba Hoc anno propter iuges pluvias divisio facienda, reliqua autem pars alii auctori[10] tribuenda sit. Intra

1) V. infra p. IX. 2) Hoc ipsum in Riculfum optime quadrat, qui a. 787. archiepiscopus factus est. 3) SS. I, 87 sqq. 4) SS. XIII, 19—25. 5) SS. II, 217—236. 6) Cf. 'N. A.' XXI, 11—22. 7) Quem equidem Fardulfum S. Dionysii abbatem (793—806) fuisse existimem. Ibid. 29—49. 8) SS. XIII, 224 sqq. 9) Communis Maximinianorum et Xantensium fontis. 10) Hilduinum archicapellanum hunc fuisse cum Monodio conicio eidemque primam Annalium qui dicuntur Bertinianorum partem usque ad annum 837. deberi putem.

annos 813. *et* 829. *annales in Einhardi Vita Karoli et in ultima Annalium Laureshamensium continuatione, quae in Chronicon Moissiacense transiit* (804—818)[1], *exscripti sunt, item in Annalibus Sithiensibus, qui feruntur*[2], *fortasse ab Einhardo in usum monachorum Blandiniensium compositis* (— 823)[3].


Post natalem Domini a. 829. *finis annalium factus est. Quamquam enim postea continuatio adiecta est, Annalium scilicet Bertinianorum, qui dicuntur, sive Regni Francorum Occidentalis pars prima* (— 887), *tamen ea, quoniam non eidem codici autographo adiuncta est, ab hoc opere separari solet. Ipso anno* 830. *duo exempla annalium regiorum scripta esse videntur (archetypa classium C et D), alterum (C), cui Annales Bertiniani adiuncti sunt, alterum (D), ut videtur, quod pro codice autographo iam per quadraginta annos manibus trito substitueretur. Illius etiam antea, quam continuaretur, exemplum factum (Cx), ex hoc Einhardus exemplar, quo ad Annales Fuldenses, qui feruntur, sive Seligenstadenses componendos uteretur, ab a.* 771. *sibi describendum videtur curavisse (Dx).*

Hunc librum (D), quem autographi loco in palatio servatum esse opinor[4], *etiam is praesto habuit, a quo paulo post (circiter septimo aut octavo saeculi noni lustro) Annales Regni Francorum ab initio retractati sunt. Causa retractandi ea videtur fuisse, quod annalium veterum dicendi genus parum politum atque adeo barbarum viris doctis eius temporis Alcvini aliorumque opera in lingua Latina bene eruditis minus probabatur. Propterea annales retractati (E) — Annales Einhardi, qui dicuntur — vel ab eo loco magis magisque cum integris congruunt, a quo Einhardus horum auctor videtur esse, circiter ab a.* 801. *vero nihil nisi exemplar eorum sunt. At auctori minime satis fuit elocutionem mendis purgare ac tamquam lima polire, sed narrationem passim locutionibus ex operibus et veterum scriptorum, ut Caesaris, Livii, Taciti, aliorum, et aequalium atque inprimis Einhardi petitis ornavit*[5] *ac multa nova addidit, auctoribus quoque novis usus.*

1) *Cf. 'N. A.'* XXI, 26—29. 2) *SS.* XIII, 34—38. 3) *Cf. 'N. A.'* XVII, 138. XXI, 71. 4) *Quod si verum est, dubitare licet, totusne codex autographus descriptus sit an partes tantum vetustiores tritioresque, verbi causa usque ad a.* 800. *aut* 810. *Recentiora igitur fortasse codici D cum autographo communia fuerunt.* 5) *Quibus investigandis ipse nihil curae tribui; ex eis tamen, quas M. Manitius (N. A.' VII,* 517—568*) et R. Dorr ('N. A.' X,* 241—305*) collegerunt, insignissimas quasque adnoto.*

Fontes, quos adhibuit, fuerunt Chronicon illud, de quo supra mentio facta est, Vita Karoli ab Einhardo conscripta, Annalium Fuldensium q. f. pars prima ('Annales Einhardi Seligenstadenses'), fortasse etiam Annales Sithienses ('Annales Einhardi Blandinienses'). Multo plura autem ex eis adiecit, quae ipse meminerat, atque ex his colligi potest, eum iam ab ultimo fere octavi saeculi decennio in aula regis versatum esse. Verum enimvero sententia eorum, qui testimonio Translationis S. Sebastiani[1] nixi Einhardum auctorem fuisse arbitrantur, falsa iudicanda est, quia nihil nisi scribendi ratio, non animus in eum convenit. E formis quorundam nominum apparet scriptorem gentis Saxonicae aut Frisonicae fuisse[2]; quis fuerit, cognosci nequit[3].

Codicum mss. haec videntur esse stemmata:



1) *Cf.* Wattenbach, *'Geschichtsquellen'* I⁶, 199. 2) *Cf.* 'N. A.' XXI, 77 sq. 3) *M. Meyer (Dissert. inaugur. Monasteriensis* 1893) *Geroldum Ludowici imperatoris archidiaconum, natione Saxonem, annales veteres retractavisse coniecit: sed et haec coniectura nimis incerta est, et eundem etiam aut ultimam annalium partem aut Vitam Hludowici anonymam scripsisse nullo modo concedi potest.*

Sunt autem hi codices:

A 1. *editio princeps codicis loco habenda, auctore H. Canisio*[1] *(in editione Pertziana n.* 1*), qui 'apographo in Bavarica bibliotheca' usus est (Ax), 'quod transcriptum ex membranis pervetustis monasterii Laurissae prope Wormatiam', i. e. codice quodam antiquo Laurissensi sive Laureshamensi (A), 'testatur is ipse, qui transcripsit'. Continet annales ab initio usque ad a.* 788. *cum continuatione brevi ex Annalibus Laureshamensibus* (— 793) *petita*[2].

A 2. codex Florentinus saec. XI. (in edit. Pertzii n. 14*), qui annos* 741—749 *continet Libro Historiae Francorum*[3] *adiunctos. Quod fragmentum, ut suum locum habeat, arbitrio huic classi tribuendum statui, quamquam, num e codice A derivatum sit, valde dubium est*[4]. *Ad collationem, quam Pertz fecit, supplendam codice*

A 2*a. Vindobonensi* 8126 *(hist. prof.* 477*) saec. XV. (in ed. Pertz. n.* 14*b), quem post Pertzium V. Cl. Herzberg-Fränkel me rogante benigne contulit, ita usus sum, ut lectionem huius notarem, ubi illius ignota erat.*

Codices B 1 *et* 4 *in anno* 813. *eisdem verbis* multis suorum amissis recesserunt *finiuntur; B* 2. 3. 5 *eiusdem familiae esse, lectionum convenientia probatur. Quorum tres (B* 1. 2. 3*) tam propinqua cognatione coniunguntur, ut eos e communi fonte (Bx) fluxisse veri simile sit*[5].

B 1. *codex Vaticanus reginae Christinae* 617 *saec. IX., olim Petavianus (in ed. Pertz. n.* 2*), iam pridem a Pertzio, denuo a V. Cl. J. Tschiedel Romae meum in usum collatus. Incipit a verbis* placitum venerunt *in a.* 777. *mutilus et exit in a.* 813. *verbo* recesserunt *medio in folio* 68.

B 2. *Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon (in ed. P. n.* 7*b), quod ab a.* 741. *usque ad a.* 813. *ex his annalibus derivatum est.*

B 3. *codex Vaticanus reg. Christ.* 213 *saec. X., olim Petavianus (in ed. P. n.* 3*), qui post Fredegarii continuationes et Annales Laureshamenses antiquiores* 768—790 *(Fragmentum Chesnii, quod dicitur), nostros ab a.* 791. *usque ad a.* 806. *continet, a V. Cl. Holder-Egger in itinere Italico a.* 1885. *collatus.*

B 4. *codex Parisinus* 5941 *A (in ed. P. n.* 7*), olim Colbertinus, antea Loiselianus, saeculo XI. in monasterio*

1) *Antiquae Lectionis tom. III., Ingolst.* 1603, *pars I, p.* 187—217. 2) *V. infra p.* 84. 3) *SS. rer. Merov. II,* 328. 4) *Conf. 'N. A.' XIX,* 300 *et XXI,* 79. 5) *Ibid. XIX,* 300—307 *et XXI,* 79 *sq.*

Brantosmensi[1], *ut videtur, exaratus. Est* 26 *foliorum continetque annales ab initio usque ad idem, quo B* 1 *exit, verbum non mutilus. Ipse eum Sundiae a.* 1892. *contuli.*

B 5. *Annales Tiliani, qui feruntur, primum a Chesnio in Historiae Francicae Script. tomo II. (p.* 11—21*) 'ex antiquo codice MS. Iohannis Tilii', qui periisse videtur, editi, deinde a Pertzio in Mon. Germ. SS. tomo I. (p.* 219 *sqq.) iterati. Continent annales regios ab initio usque ad a.* 807. *in angustum coactos desinuntque verbis* diversis tincta coloribus. Fuerunt *mutili. Codicis amissi loco editio princeps a me iterum collata est.*

Libri mss. classis C, ut alia omittamus[2], *eis potissimum indiciis cognoscuntur, quod ea, quae ad a.* 773. *et* 776. *in margine codicis autographi videntur adiecta fuisse*[3], *aliis locis atque ceteri codices exhibent et ad a.* 828. *unum enuntiatum*[4] *habent, quod ceteris deest. Huius classis duae sunt familiae: altera pendet e codice aliquo, in quo annalibus Liber Historiae Francorum cum parte continuationis Fredegarii (c.* 107—110, *in editione Kruschiana* 10—24*) praemittebatur (Cx), altera ex annalibus ab ignoto quodam auctore*[5] *usque ad a.* 837, *a Prudentio episcopo Trecassino usque ad a.* 861., *ab Hincmaro archiepiscopo Remensi usque ad a.* 882., *continuatis (Cy). Ipse igitur codex C is videtur fuisse, cui prima harum continuationum* (830—837) *adiuncta est; codicem autem Cx, antea quam ea continuatio incoharetur, i. e. ipso fere a.* 830. *scriptum esse necesse est. Huius duo sunt exempla:*

C 1. *codex Parisinus* 10911 *(suppl. lat.* 125*) saec. IX. (in ed. Pertz. n.* 8*), olim Leodiensis et, ut ipsi inscriptum est, 'ex Bibl. Ill. Baronis de Crassier A.* 1755. *Leodii divenditus'. Ipse eum Sundiam et inde Berolinum transmissum contuli. Continet Librum Historiae Francorum adiunctis Fredegarii continuati capp. CVII—CX et annales eadem manu exaratos. Ex hoc descriptus videtur esse*

C 1 *a. codex Gissensis n.* 254 *a saec. XVIII.*[6]

C 2. *codex Petropolitanus L. F. Otd. IV. n.* 4 *saec. X. in monasterio S. Medardi Suessionico scriptus et a Petro Dubrowsky ante hos fere centum annos in Russiam ablatus. Continet post Librum Historiae Francorum ex Fredegario continuato auctum et Annales Regni Francorum etiam Annales Bawaricos Breves (SS. XX,* 8*), Vitam Karoli, Vitam Hludo-*

1) *V. infra p.* 28. 2) *Cf. 'N. A.' XIX,* 307 *sq.* 3) *Infra p.* 36. 38 *et* 44. 46. 4) *V. infra p.* 176. 5) *Quem Hilduinum fuisse suspicor.* 6) *'Archiv' IX,* 577.

wici, Genealogiam Regum Francorum (SS. XIII, 246 sq. n. IV). Annales a me in bibliotheca Berolinensi collati sunt.

Aut ex hoc aut simili codice fluxerunt

C 2 a. 'Vita Karoli Magni incerti auctoris' a Chesnio 'ex veteri Codice MS. Bibliothecae Thuanae', i. e. codice Parisino 5943 B saec. XI., edita (in ed. P. n. 10) et

C 2 b. Ademari Historiae[1]*, quarum libro alteri a Pithoeo separatim edito Chesnius nomen 'Vitae Karoli Magni per monachum Engolismensem scriptae' indidit (in ed. P. n. 11).*

Aut ipso codice C usque ad a. 837. continuato aut exemplo eius cum auctor Annalium Mettensium (in ed. P. n. 9 b) tum Prudentius Trecassinus usus est, qui annales usque ad a. 861. continuavit. E Trecassino codice (Cy) annales in Remensem (Cy_1) transscripti sunt, in quo Hincmarus eis tertiam continuationem (— 882) adiecit. Idem antepositis Eutropii Breviario, Marcellini Chronico, Notitia Provinciarum Gregoriique Chronico cum partibus Fredegarii continuati unum opus videtur effecisse, quod ab urbe condita usque ad annum p. Chr. 882. pertinebat. Totius operis unum est exemplum

C 3. codex Bertinianus sive S. Audomari (St. Omer) saeculi X. nunc in duas partes divisus, quarum prior (liber bibliothecae publicae n. 697) Eutropium, Marcellinum, Notitiam, posterior (n. 706) Gregorium cum Fredegario et annales continet (in ed. P. n. 9). Ex hac Berolinum missa ipse annales usque ad a. 829. contuli. Huius libri

C 3 a. codicem Bruxellensem nr. 6439 — 6451 'olim S. Vedasti Atrebatensis, post collegii societatis Iesu Antwerpiensis, membranaceum saeculi XI.' exemplar esse G. Waitz[2] *cognovit.*

Ex eodem fonte, quo C 3, derivatus est etiam

C 4. codex Chronici Vedastini Duacensis n. 753, sub finem saeculi XI. in monasterio S. Vedasti exaratus[3]*. Sed ad verbum ab a. 815. demum maiores partes annalium transscriptae sunt, atque eae ipsae adhuc nunquam collatae, siquidem editor eas tamquam supervacaneas omisit.*

Codices classis D, cuius librum archetypum, ut supra dixi, in palatio scriptum esse suspicor, ut pro autographo substitueretur, maxime ea re a ceteris differunt, quod in eis ad annos 785. et 792. pauca de coniurationibus Hardradi

1) *SS. IV*, 106—148. 2) *'Annales Bertiniani', rec. G. Waitz (Hann. 1883) p. IX.* 3) *Cf. editionem Waitzianam, SS. XIII, 674 sqq.*

et Pippini e Vita Karoli et Annalibus Sithiensibus petita interponuntur, quae ceteris desunt.

D 1. *codex Vindobonensis n.* 473 *(hist. eccl.* 90*) saeculi IX. (in ed. Pertz. n.* 5*), olim Wormaciensis, postea Ambrasinus, a me Sundiae collatus, praeter alia minora primum Gesta Pontificum Romanorum continet, deinde historiam e Libro Historiae Francorum et continuatione Fredegarii excerptam, tum annales, quibus ad a.* 814. *Vitae Karoli pars posterior intermiscetur, denique Genealogiam Domus Carolingicae sub finem mutilam.*

Libri D 2. 3 *e communi fonte derivati sunt (Dx), qui ab a.* 771. *demum ordiebatur:*

D 2. *Annalium Fuldensium, qui dicuntur, pars prima (in ed. P. n.* 4*), cuius auctor, quem Einhardum fuisse equidem persuasum habeo, ab a.* 771. *usque ad a.* 795. *nonnulla, inde usque ad a.* 827. *paene omnia ex Annalibus Regni Francorum mutuatus est. Neque vero obliviscendum, primam Annalium Fuldensium partem non ex recensione primi auctoris, sed Ruodolfi tantum, qui alteram partem* (838—863) *adiunxit, superesse.*

D 3. *codex Vindobonensis n.* 612 *(hist. prof.* 989*) saeculi XI. (in ed. P. n.* 6*), olim Altahensis, Sundiae a me collatus. Continet annales ab a.* 771. *et adnexam ad eos Vitam Godehardi priorem ipsius auctoris, Wolfherii canonici Hildesheimensis, manu scriptam.*

Restat, ut libri recensionis E sive annalium retractatorum, qui falso dicuntur Einhardi, enumerentur. E 1—3 *omnes ex uno archetypo (Ex) orti sunt, in quo Vita Karoli annales antecedebat; intra hanc familiam et codices E* 1. 2 *et E* 3—7 *propioribus vinculis inter se ligari communibus mendis probatur.*

E 1. *codex Vindobonensis n.* 510 *(historiae profanae n.* 654*) saeculi IX. exeuntis (in edit. Pertz. n.* 1*), olim Gotwicensis, Sundiae a me collatus est. Continet Vitam Karoli et post eam ne una quidem linea intermissa annales eadem manu scriptos; praefixa est Historia Apollonii Tyrii manu saec. XI., suffixa Epistula Domini nostri Iesu Christi mutila manu saec. XI. aut XII. exarata. Exemplar eius*

E 1*a. codicem Vindobonensem n.* 9020 *(hist. prof. n.* 154*) chartaceum saeculi XVII. esse Pertz vidit.*

E 2. *codex Parisinus n.* 5942 *saeculi X. (in ed. P. n.* 2*), olim Beccensis, item Sundiae a me collatus, mutilus incipit ab a.* 743. *Huius tria sunt exempla:*

E 2*a*. *codex Parisinus n*. 5948 *chartaceus saec. XVI. (in ed. P. n*. 13*) iussu Georgii cardinalis de Armaniaco* (*†* 1585*) scriptus;*

E 2*b*. *codex Vaticanus n*. 3849, *item chartaceus saec. XVI.;*

E 2*c*. *codex Vindobonensis* 11817 *(catal. theol. n*. 269*), a*. 1540. *a Ioh. Fabro episcopo Vindobonensi scriptus.*

Codices E 3—7 *e communi fonte* Ex_2 *duplici ductu derivati sunt, duobus libris, qui perierunt, (Ey et Ez) interpositis. Alterius (Ey, Laureshamensis, ut videtur), in quo Vitae Ludowici a Thegano conscriptae capita* 1—7 *Vitam Karoli antecedebant, capita* 8—58 *annales sequebantur et inter annos* 751. *et* 753. *nota monasterium Laureshamense spectans*[1] *inserta erat, exempla sunt tria (E* 3. 4. 5*), quorum duo (E* 3. 4*) intercedente quodam codice amisso* (Ey_1, *fortasse Treverensi) etiam propiora inter se videntur esse:*

E 3. *codex Treverensis n*. 1286, 43, *a*. 1084. *Prumiae scriptus (in ed. P. n*. 3*) a me Halae collatus. Continet Reginonis Chronicon, Thegani cc*. 1—7, *Vitam Karoli, annales, Thegani cc*. 8—58.

E 4. *codex Britannici Musei n*. 21109 *saeculi XII., olim Steinfeldensis e dioecesi Coloniensi, nondum collatus*[2]. *Continet Vitam Dagoberti, Vitam Karoli, Thegani cc*. 1—7, *annales usque ad a*. 827., *Vitam Hludowici anonymam, Theganum usque ad c*. 22 *mutilum, Widukindum, alia minora.*

E 5. *codex Parisinus* 15425 *(Sorbonnianus n*. 907*) saeculi XI. ignota origine (fortasse Lotharingica), Berolini a me leviter inspectus, non collatus. Continet Iustinum, Senecae dissertationem De beneficiis, Thegani cc*. 1—7, *Vitam Karoli, annales, Thegani cc*. 8—58, *Epistulam Alexandri Magni ad Aristotelem in fine mutilam.*

Ex altero codice amisso (Ez), qui Vitam Karoli et annales cum Notkeri (Monachi Sangallensis) Gestis Karoli quasi in unum opus, quod Gesta Karoli inscribebatur, coniuncta praebebat, hi codices fluxerunt:

E 6. *codex Hannoveranus n. XIII*, 858 *saec. XI. (in ed. Pertz. n*. 4*), ignota origine, a me Sundiae collatus. Incipit mutilus a verbis Vitae Karoli (c*. 9*)* ut loci et angustiarum situs; *Vitam annales subsequuntur, qui cum illa primum librum efficiunt; Notkeri duo libri secundus et tertius*

1) *Cf. infra p*. 11. 2) *Sed quae de eo rogavi, V. Cl. J. H. Jeayes Londiniensis mecum communicavit.*

numerantur; codex desinit verbis orationibus scilicet *(c.* 20*) mutilus.*

E 7. *codex Monacensis n.* 17736 *saec. XII. (in ed. P. n.* 8*), olim bibliothecae SS. Andreae et Magni in oppido Stadt-am-Hof, Sundiae a me collatus. Hic Vita Karoli per se primum librum, annales secundum, Notkeri Gesta tertium quartumque librum efficiunt. Sequuntur tres epistulae ad litem imperatorum et pontificum pertinentes eadem prima manu scriptae, post eas alia manu Tractatus de investitura episcoporum (Libelli de lite II,* 495—504*).*

Aut ex hoc aut ex aliquo, qui periit, huius simillimo ceteri codices derivati sunt, in quibus Vita Karoli, annales, (Notkeri) Gesta in quattuor libros dividuntur:

E 7a. codex Vindobonensis n. 532 *(hist eccles. n.* 110*) saec. XII. (in ed. P. n.* 5*), in quo annales ipsi tamen saec. XV. demum suppleti sunt. Continet etiam Tractatum de inv. episc. (cf. Libell. de lite II,* 496*).*

E 7b. codex Vindobonensis n. 610 *(hist. prof.* 990*) saec. XIII. (in ed. P. n.* 6*), olim monasterii Kremsmünster.*

E 7c. codex Mutinensis bibliothecae Estensis n. V, D 12 *saec. XV. (in ed. P. n.* 11*).*

E 7d. codex Casselanus historicus n. 5 *saeculi XV. exeuntis (in ed. P. n.* 12*); Gestorum Karoli Magni libri IV a.* 1498. *scripti sunt.*

E 7e. codex Musei Britannici Arundelianus n. 242 *saec. XV.*

E 7f. codex Monacensis n. 569 *saec. XV.*

Aut ipso codice Ex aut exemplo inde descripto etiam

E 8. *Poeta Saxo, qui dicitur (SS. I,* 225—279*), usus est, quem inter codices annalium numerandum esse arbitror, quia ad textum recensendum saltem in nominibus propriis non inutilis videtur. Incipit autem demum ab a.* 772. *neque ultra a.* 801. *annalibus utitur; unde eum, quem habebat, codicem mutilum fuisse apparet.*

Propius vero quam hi omnes ab autographo videtur distare

E 9. *codex Monacensis n.* 23618 *saeculi X.* (*in edit. Pertz. n.* 10), *olim Salisburgensis, ut videtur, Halae a me collatus, quem valde mutilum non amplius* 40 *folia annos* 806—821 *amplexa continere sane dolendum est.*

Scriptorum, qui Annalibus Regni Francorum sive integris sive retractatis usi sunt, plurimos iam commemoravimus; accedunt auctor Vitae Hludowici anonymus, Benedictus

de S. Andrea, Ekkehardus Ursaugiensis. Annalista Saxo, quem Pertz horum in numero posuit (n. 12*), non hinc, sed ex Ekkehardi Reginonisque chronicis hausit.*

Editiones Pertzianam hae antecesserunt:

1. *Annalium, qui dicuntur Einhardi:*

a. 'Annales Regum Francorum' edidit H. comes de Neuenar (Nuenarius) Coloniae a. 1521. *codicibus, ni fallor, E* 3 *et E* 4 *usus; quae editio Coloniae a.* 1561. *et Lipsiae a.* 1616. *iterata est.*

b. 'Annales regum Francorum' edidit J. Reuber in Veterum Scriptorum tomo I. Franconofurti a. 1584. *ex editione principe; haec editio Hanoviae a.* 1619. *et a G. Ch. Joanni Franconof. a.* 1726. *renovata est.*

c. 'Annales Francorum regum' ed. M. Freher in Corporis Historiae Francicae Veteris et Sincerae parte II. Hanoviae a. 1613. *ex editione principe collata cum codice quodam 'de coenobio S. Germani', qui classis C fuisse videtur, nunc autem latet.*

d. 'Annales Eginhardi' ed. A. Du Chesne in Historiae Franc. Scriptorum Coaetan. tomo II. Parisiis a. 1636. *editionibus Nuenarii, Freheri, Reuberi usus, adiunctis in eodem tomo aliquibus emendationibus ex codice E* 2a *sumptis.*

e. 'Annales Eginhardi' annis 802—813 *cum fine a.* 801. *et initio a.* 814. *omissis ed. M. Bouquet in Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptorum tomis V. et VI. Parisiis a.* 1744. *omnino secundum Chesnium, priorem partem* (741—801) *comparatam cum editionibus prioribus et quodam 'codice regio n.* 8394*', qui nunc latet, alteram* (814—829) *cum 'Annalibus Bertinianis' (v. infra* 2c*) et codicibus C* 1 *et C* 2a.

2. *Annalium Regni Francorum:*

a. 'Francorum Annalium Fragmentum' (Annales Regni usque ad a. 788. *et Laureshamenses abinde usque ad a.* 793.*) edidit H. Canisius in Antiquae Lectionis tomo III. Ingolstadii a.* 1603. *e codice Monacensi iam amisso (cf. supra A* 1*); hanc editionem J. Basnage in Thesauri Monumentorum Eccles. et Histor. tomo II. iteravit.*

b. 'Annales Rerum Francicarum' usque ad a. 813. *ed. A Du Chesne in Hist. Franc. Script. Coaet. tomo II. Parisiis a.* 1636. *'ex vetusto exemplari MS. Ant. Loiselii' (B* 4*), unde etiam Loiseliani dicebantur, collatis editione Canisii duobusque Petavianis B* 1 *et B* 3.

c. 'Annales Bertinianos', i. e. Annales Regni Francorum totos cum continuationibus usque ad a. 882. *edidit A. Du Chesne in tomo III. e codice C* 3.

d. 'Annales rerum Francicarum' usque ad a. 814. *ed. M. Bouquet in Rer. Gall. et Franc. Scr. tomo V. secundum Chesnium, collatis editione Canisii, codice C* 1, *editione Chesniana codicis C* 2a, *Annalibus Eginhardi fragmentoque parvo finem anni* 813. *et initium anni* 814. *amplexo, quod P. Lambeck e codice D* 1 *in Commentariorum de bibl. Caesarea Vindobonensi tomo II. a.* 1669. *publici iuris fecerat.*

Primam autem editionem vere criticam G. H. Pertz in Monum. Germ. SS. I, p. 124—218 *instituit eum in modum, ut praeter codices eas tantum editiones respiceret, quae aliquibus codicibus nitebantur, quos nancisci non poterat. Atque ad antiquiores annales — quibus ab illo codice Laureshamensi, cuius exemplo Monacensi Canisius usus erat, nomen Laurissensibus Maioribus indidit — edendos haec instrumenta adhibuit:*

1. *editionem Canisii (A* 1*),*
2. *codicem B* 1, *quem ipse contulerat,*
3. *adnotationes Chesnii e codice B* 3,
4. *Annales Fuldenses (D* 2*),*
5. 6. *codices D* 1. 3 *Vindobonae collatos,*
7. *editionem Chesnianam codicis B* 4,
7 *b. Reginonis Chronicon (B* 2*),*
8. *adnotationes Chesnii e codice C* 1,
9. 10. 11. *editiones Chesnianas codicum C* 3. 2 *a. b,*
12. *Annalistam Saxonem,*
13. *Benedicti de S. Andrea Chronicon,*
14. *codicem A* 2 *a se collatum,*
15. *fragmenta parva ad annos* 742—755. 758. 759. 775. *pertinentia e codice Vindobonensi n.* 613 *(hist. prof. n.* 991*), quae ego ut supervacanea neglexi;*

in 'Annalibus Einhardi' autem recensendis his subsidiis usus est:

1. *codice E* 1 *Vindobonae collato,*
2. *codice E* 2, *quem C. Weber Parisiis,*
3. *codice E* 3, *quem C. Wyttenbach Treveris ei contulerat,*
4. 5. 6. *codicibus E* 6 *et E* 7 *a. b a se collatis,*
7. *editione Freheri (propter codicem Germanensem),*
8. *codice E* 7 *a se collato,*
9. *editione principe (propter codicem E* 4*),*
10. *codice E* 9 *tunc Ambergensi ex apographo ibi facto,*
11. 12. *codicibus E* 7 *c. d, quos ipse inspexerat.*

*In nostrum sermonem Annales qui dicuntur Einhardi ab O. Abel (*1850*) translati sunt; quos recognovit Wattenbach a.* 1880.

Mihi in textu recensendo libri A 1. 2. *B* 1. 2. 3. 4. *C* 1. 2. 3. 4. *D* 1. 2. 3. *E* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9 *respiciendi sunt; praeterea, ut supra dixi, codicis A* 2*a ibi rationem habeo, ubi, quid A* 2 *exhibeat, non constat. Ex his A* 2. *B* 3. *C* 4. *E* 9 *partes tantum annalium minores maioresve continent, C* 4 *non collatus est, E* 4. 5 *paucis locis inspecti sunt, B* 2 *(Regino), B* 5 *(Ann. Tiliani), D* 2 *(Ann. Fuld.), E* 8 *(Poeta Saxo) ceteris non pares putandi, quia auctores annalibus liberius usi non ad verbum eos descripserunt. Tamen codicum numerus tantus est, ut neque opus sit neque licere videatur, quam unusquisque lectionem habeat, ad quodlibet vocabulum adnotare. Quam ob rem exceptis nominibus propriis, numeris vocibusque raro usitatis plerumque eas tantum lectiones variantes adnoto, in quibus duo aut plures codices conveniunt, singulos codices a ceteris dissidentes omnino neglego, praeterquam quod in eis operis partibus, quae barbaro stilo conscriptae sunt, formas eiusmodi, quae fortasse ab auctore usurpatae, a librariis propterea, quod a Latinitate recedunt, correctae esse possint, etiam e singulis codicibus (inprimis A* 1. *B* 1. *D* 1*) in notas recipio. Porro codici E* 3 *et ab a.* 814. *codici C* 3 *maiorem curam tribuo, ubi codicibus E* 4. 5 *et C* 4 *non collatis suspicari licet, in eis idem inveniri. Item, ubi vocabula uno plura omittuntur, id etiam in singulis codicibus adnotandum censeo; in A* 1 *vel singula vocabula omissa respicio, si aliquid suspicionis est, fieri potuisse, ut in autographum post a.* 788. *insererentur; in B* 2. 5. *D* 2. *E* 8 *autem nec vocabula nec enuntiata omissa curo, nisi alii quoque eiusdem classis codici desunt. Propterea in unaquaque pagina omnes codices, qui eo loco adhiberi possunt, enumero, ut, quali in fundamento textus constructus sit, lector ubique videat, B* 2. 5. *C* 4. *D* 2. *E* 4. 5. 8 *autem uncis includo, quia, cum de his nihil adnotatur, ex ea re non licet colligere, eos cum ceteris consentire.*

Orthographicas variantes in eis partibus, quae bene Latine scriptae sunt, etiam tum neglego, cum tres vel plures codices easdem exhibent, nisi aut omnes eiusdem classis aut plurimi unius cum aliquibus aliarum classium aut plures quam tertia pars omnium codicum inter se concordant. Retractatorum vero annalium orthographiam, quatenus ab anti-

quioribus recedunt, omnino classicae Latinitati accommodavi, siquidem auctor linguae Latinae admodum peritus fuit, codices autem ex uno exemplo fluxerunt, quod non autographum illius erat. Ob eandem causam in hac operis parte, quoniam ab uno auctore uno tenore scripta est, quantumvis codices discrepent, easdem ubique nominum propriorum scripturas retineo. Eadem fere ratione, quoad eius fieri potest, nomina propria etiam in ea antiquiorum annalium parte tracto, quae uno tenore composita videtur esse, i. e. usque ad a. 788; abinde autem non curo, si diversae unius nominis in eadem pagina formae occurrunt, quoniam diversis temporibus scriptae esse possunt.

Denique lectiones quasdam saepius occurrentes generaliter hic adnoto, ne centies easdem singulas suo quamque loco adnotare cogar:

numeris annorum carent D 3. *E* 6. 7; *capitum numeri adduntur in B* 1. *E* 7;

verba et inmutavit se numerus annorum in *et similia, quae ab a.* 758. *usque ad a.* 808. *in fine uniuscuiusque anni posita sunt, semper in B* 2. 5. *D* 2. *E et ab a.* 762. *etiam in A* 1 *omittuntur;*

vocabula domnus, magnus, supradictus, gloriosus *similia saepissime omittuntur in D* 3, *nonnunquam etiam in A* 1 *et C* 3;

adque *semper fere scribitur in B* 1;

Carlmannus *semper in A* 1, *ab a.* 768. *autem* Carlomanus; Karolus magnus *in A* 2, Karlomannus *in C* 2;

Carolus *semper in A* 1. 2. *B* 1. *C* 1 *et usque ad a.* 774. *in D* 1; Karolus *semper in B* 5. *C* 2. *D* 3, *ab a.* 768. *etiam in C* 3 *et ab a.* 774. *in D* 1; *utroque utitur B* 4; *in B* 2 *dubium*, Carolus Karolusne, *in D* 2, *utrum* Carlus *an* Karolus *legendum sit; ego usque ad a.* 788. *semper formam* Carolus *praefero;*

Gripho *et* Lippa *semper leguntur in B* 2;

Longobardi *usque ad a.* 773., Longibardi *abinde semper in A* 1;

Pipinus *semper in A* 1. *B* 4, Pipinnus *ab a.* 781. *in D* 1;

Thessilo, *ab a.* 781. *autem* Thassilo *in A* 1; Dasilo *in B* 5;

Wapharius *semper in A* 1, Waffarius *in B* 4, Waiferus *in B* 5;

sigla ę, p, pbr *in plerisque codicibus creberrima semper solvo in* ae, prae, presbyter; *B* 1 *et E* 7 *plerumque* e, pre, presbiter *exhibent.*

In margine interiore paginas editionis Pertsianae adnoto. Notae, quas ex illa retinui, addita littera P. signantur; litteras vero M. et D. uncis inclusas eis adnotationibus subscripsi, quae e dissertationibus Manitii et Dorrii supra (p. VII) commemoratis sumptae sunt.

Confecto tandem opere, in quo amplius tribus annis et dimidio otium ab officiis ludi parcum relictum maxima ex parte consumpsi, sane iuvat eis gratias agere, quorum opera adiutus sum. Nemo est, cui gratiam maiorem debeam quam viro clarissimo E. Dümmler, qui auctoritate sua effecit, ut quattuor codices Parisini (B 4. *C* 1. *E* 2. 5*), Petropolitanus (C* 2*), Bertinianus (C* 3*) in meum usum partim Sundiam partim Berolinum mitterentur. Post illum maximas ago gratias viro humanissimo R. Baier bibliothecae magistratus Sundiensis praefecto, cuius liberalitate factum est, ut codices B* 4. *C* 1. *D* 1. 3. *E* 1. 2. 6. 7 *Parisiis, Vindobona, Hannovera, Monaco transmissos in bibliotheca Sundiensi conferre possem; item viris illustrissimis O. Hartwig bibliothecae universitatis Halensis directori et Stern librorum mss. bibl. regiae Berolinensis custodi, qui benevole concesserunt, ut codicem Treverensem (E* 3*) et fragmentum Monacense (E* 9*) Halae, codices Parisinum (C* 1*), Petropolitanum (C* 2*), Bertinianum (C* 3*), Casselanum (E* 7 *d) Berolini inspicerem, necnon illarum praefectis bibliothecarum, qui libros sibi creditos mihi conferendos permiserunt; denique viris doctissimis J. Tschiedel, qui Romae codicem B* 1 *contulit, et S. Herzberg-Fränkel tunc Vindobonensi, J. H. Jeayes Londiniensi, A. Molinier et H. Lebègue Parisiensibus, C. Weeke Havniensi, qui ea, quae de codicibus in urbibus eorum asservatis ab eis quaesiveram, tam accurate quam benigne mecum communicaverunt.*

Dabam Berolini d. 5. *m. Oct. a.* 1895.

F. KURZE.

CORRIGENDA.

P. 36, *l.* 7 *lege* castra*s* metatus est.
P. 137, *n.* 3) *lege* '*Grimoaldo IV.*'

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

ANNALES REGNI FRANCORUM
ET ANNALES Q. D. EINHARDI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1895.

(Unveränderter Neudruck 1950)

ANNALES QUI DICUNTUR EINHARDI.

---

p. 135. *741.

DCCXLI.[a] Hoc anno Karlus[b] maior domus diem obiit, tres[1] filios heredes relinquens, Carlomannum[c] scilicet et Pippinum atque Grifonem. Quorum Grifo, qui ceteris[d] minor natu erat, matrem habuit nomine Swanahildem[e], neptem Odilonis[f] ducis Baioariorum. Haec illum maligno consilio ad spem totius[g] regni[2] concitavit, in tantum, ut sine dilatione Laudunum[3] civitatem occuparet ac bellum fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto Laudunum obsidentes fratrem in deditionem accipiunt atque inde ad regnum ordinandum ac provincias[h], quae post mortem patris a Francorum societate desciverant[4], reciperandas[i.5] animos intendunt[6]. Et ut in externa[k] profecti domi omnia tuta dimitterent, Carlomannus[c] Grifonem sumens in Novo-castello[7], quod iuxta Arduennam situm est, custodiri fecit, in qua custodia usque ad tempus, quo idem Carlomannus[c] Romam[l] profectus est, dicitur permansisse.

742.

DCCXLII.[a] Carlomannus[b] et Pippinus Francorum regno potiti primo Aquitaniam recipere volentes contra Hunoldum[c], illius provinciae ducem, cum exercitu eandem Aquitaniam ingrediuntur; et capto quodam castello, quod Luccas[d] vocatur, priusquam ex ea[e] provincia secederent,

E 1. 3. (4. 5.) 6. 7.
741. a) *deest* 1. *semper* 6. 7. b) karolus 3. 6. 7. c) karlom. 1. d) caeteris 1. e) suuanahilde 1. 2. f) odilosis 3. g) tocius 3. 6. 7. h) prouintias 3. 6. 7. i) recipiendas 3. 4. 5; recuperandas 6. 7. k) extrema 3. 7. l) *deest* 3.
742. a) DCCXLI. 1. b) karlom. 1. 3. 7; Carlm. 6. c) honoldum 7. d) lucas 6. 7. e) *deest* 3.

1) *Ex eodem fonte, ex quo Ann. Mett. hauriunt.* 2) *Cf. Iust. XV*, 4: ad spem regni impulsus, *similiter III*, 1. *VIII*, 6. *XXIII*, 2 *(M.)*. 3) *Laon.* 4) *V. infra a.* 818: a Bulgarorum societate desciverunt *(M.)*. 5) *V. infra a.* 806: ad reciperandam Dalmatiam. 6) *Cf. Curt. Ruf. IV*, 6, 1: ad reparandas vires . . . intendit animum *(M.)*. 7) *Neuf-Château in Belgica parte ducatus Luxemburgensis.*

et in ipso itinere[1] diviserunt regnum Francorum inter
Cont. Fred. 25. se in loco, qui dicitur Vetus-Pictavis[k. 1]. Eodemque anno[2]
A. Petav. 742. Carlomannus Alamanniam[l] vastavit.

743.

A. Pip. DCCXLIII.[a] Tunc[3] Carlomannus et Pippinus contra Odi-
C. Fred. 25. 26. lonem[b] ducem Baiowariorum[c] inierunt[d] pugnam, et[4] Carlo-
A. Petav. 743. mannus per se in Saxoniam[e] ambulabat[f] in eodem anno et
coepit[g] castrum, quod[h] dicitur Hoohseoburg[i. 5], per placitum et Theodericum[k] Saxonem placitande[l] conquisivit[m].

744.

A. 744. DCCXLIIII.[a] Iterum[6] Carlomannus et Pippinus perrexerunt in Saxoniam, et captus est Theodericus[b] Saxo[c] alia vice.

745.

DCCXLV.[a] Tunc Carlomannus confessus est Pippino germano suo, quod voluisset seculum[b] relinquere; et in eodem anno nullum fecerunt exercitum, sed praeparaverunt se uterque, Carlomannus ad iter suum[c] et Pippinus, quomodo germanum suum honorifice direxisset cum muneribus.

A1. 2 (p), B 2), 4. 5), C1. 2. 3. D1.
i) tempore A1; hoc corr. [illegible] D1. k) loco vocatus Pict. A1; pictauis C2.
l) Germaniam A1; alamaniam B5. C2.
743. a) DCCXLVII. A2; deest C3. b) hilutonem B5. c) baioariorum A1. B2. 4. 5. C3; uuiobariorum A2. d) inivere A1. e) Saxonia A1. f) ambulavit A2. B5. g) cepit et A1; et cepit A2a. B5. C3. h) qui A2a. i) hochseoburg A1. C1. 2; hohsiuburch B2; hoohseoburg B4; Seochesburg B5; ohseoburg C3; hohseoburg D1. k) theodericum A2a; Teudericum B5. l) Saxone placando A1. m) conquesivit A2. B5.
744. a) DCCXLVIII. A2; deest C3. b) theodericus A2; Teudericus B5. c) saxo A2.
745. a) DCCXLVIIII. A2; deest C3. b) mundum A1; saeculum C1. 3. D1. c) ad i. s. deest A2a.

1) *Vieux-Poitiers prope confluentes fluviorum Clain et Vienne.* 2) *Cont. Fred.* 25: eodem anno ... contra Alamannos; *Ann. Petav.* 742: vast. Karol. Alam. 3) *Ann. S. Amandi* 743: Karl. bellum init contra Baioarios; *C. Fred.* 26: Odilo dux Bagoariorum ... rebellionem excitat. 4) *Ann. Petav.* 744: et hostes in Saxonia; *Cont. Fred.* 27: Carlom. confinium Saxonorum ... inrupit; ibique ... absque belli discrimini feliciter adquisivit. 5) *Seeburg prope Eisleben ad lacum salsum nunc evanescentem, a quo haud scio an illo tempore* Hohseo *dicto pagus* Hohsegowe *nomen duxerit; cf. Ann. Fuld. (Hann.* 1891) *a.* 852. 6) *Ann. Petav.* 745: Karolom. et Pipp. abierunt in Saxoniam.

regnum, quod communiter habuerunt, diviserunt inter se in loco, qui vocatur Vetus-Pictavis. Eodemque anno, postquam domum regressi sunt, Carlomannus[f] Alamanniam[g], quae et ipsa a Francorum societate defecerat, cum exercitu ingressus ferro et igni[h] vastavit.

743.

DCCXLIII.[a] Carlomannus[b] et Pippinus[c] iunctis copiis[1] contra Odilonem ducem Baioariorum profecti sunt proelioque[d, 2] commisso exercitum eius fuderunt. Et postquam inde[e] reversi sunt, Carlomannus[f] solus in Saxoniam profectus est et castrum, quod dicitur Hohseoburg[g], et in eo Theodericum[h] Saxonem, illius loci primarium, in deditionem accepit.

744.

DCCXLIIII.[a] Item idem fratres Carlomannus[b] et Pippinus iuncta manu Saxoniam ingressi sunt pradictumque Theodericum iterum in deditionem acceperunt.

745.

DCCXLV.[a] Hoc anno Carlomannus[b], quod diu ante praemeditatus est, patefecit fratri suo Pippino, saecularem conversationem se velle dimittere et habitu monachico Deo servire. Propter hoc dimissa expeditione[c] anni praesentis ad vota Carlomanni[d] perficienda et iter illius disponendum — nam Romam proficisci statuerat — et Pippinus vacabat, dans operam, ut frater honorifice ac decenter illo, quo desiderabat, perveniret.

E 1. 3. (4. 5.) 6. 7.
f) karlom. 1; carlm. 6. 7. g) alem. 6. h) igne 3.
743. a) DCCXLII. 1. b) Karlom. 1; Carlom. *incipit* 2. c) pipinus 2. d) Prel. 2; ꝑl. 3. 6. 7. e) in cede 6. 7. f) karlom. 1; carlm. 6. 7. g) hohseburg 2; hohseobur 6. h) theodor. 2.
744. a) *deest* 1 (*semper* 6. 7). b) karlom. 1; carlm. 6. 7.
745. a) DCCXLIII. 1. b) karlom. 1. 2; karlm. 6; carlm. 7. c) dimisit expeditionem 3. 4. 5. d) karlom. 1; karlm. 6.

1) *Cf. Liv. XXIII*, 28: ambo duces iunctis copiis *(M.)*. 2) *Ann. Fuld.* (= *Sith.* 742): proelio superant.

*746.

*p. 136.

A. Rip. 747. DCCXLVI.[a] Tunc Carlomannus Romam perrexit ibique se totondit[b] et in Serapte[c] monte[d. 1] monasterium aedificavit[e] in honore[f] sancti Silvestri[g]. Ibique aliquod tempus moram faciens et inde ad sanctum Benedictum in Casinum[h. 2] usque pervenit et ibi monachus effectus est.

747.

A. Pet. 748. DCCXLVII.[a] Grifo[b. 3] fugivit[c] in Saxoniam[d], et Pippinus iter faciens per Toringam[e] in Saxoniam introivit usque ad fluvium Missaha[f. 4] in loco, qui dicitur Scahaningi[g. 5]; et Grifo collectam fecit[h] una cum Saxonibus supra fluvium Obacro[i. 6] in loco[k], qui dicitur Orhaim[l. 7]

748.

(749). DCCXLVIII.[a] Grifo[8] de Saxonia iter peragens fugiendo in Baioariam[b] usque pervenit[9], ipsum ducatum sibi subiugavit, Hiltrudem[c. 10] cum Tassilone[d] conquisivit. Swidger[e. 11] ad eum venit in solatio[f. 12] supradicti

A 1. 2[a]. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1.

746. a) DCCL. *A* 2; *deest* *B* 4. *C* 3. b) tondit *A* 1; totundit *A* 2a. *B* 4. c) Sarepte *B* 5; syrapti *C* 3. d) *deest* *A* 1. e) edif. *B* 4. *C* 1. f) honorem *A* 2a. *D* 1. g) Syluestri *A* 1. h) cassinum *B* 2. 4. *C* 3.

747. a) DCCLI. *A* 2; *deest* *C* 3. b) gripho *semper* *B* 2. c) fugit *A* 1. *B* 2. 5. *C* 3. *ex corr.* *C* 2. d) saxonia *A* 2. e) turingiam *A* 1. *B* 2; toringuam *B* 4; toringiam *B* 5. *C* 2: thoringiam *C* 3. f) Misaha *A* 1; missacha *D* 1. g) Scahanigi *A* 1; sachaningi *D* 1. h) facit *A* 1. i) Obodoro *A* 1; abacro *C* 3. k) locum *B* 2. l) orchaim *A* 2; horaheim *B* 2.

748. a) DCCLII. *A* 2; *deest* *C* 3. b) ualobariam *A* 2; baugauriam *B* 4; baguariam *D* 1. c) Hilttruden *A* 1. d) ciuitas silonem *A* 2; tasilone *C* 3. e) Lantfridus *A* 1; lanfridus *A* 2 *et* *Ann. Mett.* 749; suidger *B* 2. *C* 3; uuidger *D* 1. f) solario *A* 1; solacio *A* 2. *B* 4. *D* 1; solatium *B* 2.

1) *Olim Soracte, nunc Soratte dicto.* 2) *Monte Casino.* 3) *A Pippino e custodia dimissus, qua ex anno* 741. *detentus erat; cf. Ann. Mettenses.* 4) *Meissau.* 5) *Schöningen.* 6) *Ocker.* 7) *Ohrum.* 8) *Ann. Petav.* 749: quando Grippo reversus est de exilio. 9) *Odilone* 748. *Ian.* 18. *mortuo; E. Mühlbacher, 'Regesten d. Kaiserreichs unter d. Karol.',* 55 *e (p.* 28*).* 10) *Sororem Pippini, quae invitis fratribus Odiloni nupserat.* 11) *Comes pagi Nordgau; cf. Stälin, 'Wirtemb. Gesch.' I,* 181. *Fortasse* Lantfridus *legendum; v. 'N. Arch.' XIX,* 299. 12) *Cf. Capitulare Missorum a.* 786 *(?) datum (Leg. Sect. II. I, p.* 66 *sq.)* 6: ut ... veniant hostiliter in solatio domni regis.

*p. 137.

*746.

DCCXLVI.[a] Carlomannus[b] Romam profectus dimissa saeculari gloria habitum[1] mutavit et in monte Soracti monasterium in honorem sancti Silvestri aedificavit, ubi quondam[2] tempore persecutionis, quae sub Constantino imperatore facta est, sanctus Silvester latuisse fertur. Ibique aliquandiu commoratus meliori consilio[3] hoc loco dimisso ad monasterium sancti Benedicti in Samnio provincia iuxta Casinum[c] castrum constitutum Deo serviturus venit ibique monachicum habitum suscepit.

747.

DCCXLVII.[a] Frater[4] Carlomanni[b] et Pippini, nomine Grifo[c], Pippino fratri suo subiectus esse nolens, quamquam sub illo honorifice viveret, collecta manu in Saxoniam profugit collectoque Saxonum exercitu super fluvium Ovacra in loco, qui dicitur Orheim, consedit. Et Pippinus cum exercitu Francorum per Thuringiam[d] profectus contra fratris dolos Saxoniam ingressus est consseditque super fluvium Missaha in loco, qui vocatur Skahningi[e]. Proelium[f] tamen non est inter eos[g] commissum, sed ex placito discesserunt[5].

748.

DCCXLVIII. Grifo[a] Saxonum fidei diffidens[6] Baioariam[b] petiit et copiis, quae de Francia ad eum confluebant, ipsum ducatum in suam redegit potestatem, Tassilonem[c] et Hiltrudem in deditionem accepit, Swithgerum[d] ad auxilium sibi venientem[e] suscepit. Haec cum ad Pippinum perlata

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

746. a) DCCXLIII. 1. b) Kariom. 1. 3; Carlm. 6. c) cassinum 2. 3. 6. 7.

747. a) DCCXLVIII. 1. b) Kariom. 1; carlm. 6. c) gripho 1. 7. d) turingiam 3. 6. e) scahn. 7. f) prglium 1; prelium 2; p̄lium 3. 6. 7. g) inter eos non est 3.

748. a) gripho 1. 7. b) baioariorum 2. c) tassilionem 7. d) suidhgerum 7. e) uenientem sibi 3.

1) *Vita Karoli* 2: habitu permutato; *Ann. Sith. et Fuld.* 747: mutato habitu. 2) *Ex Vita S. Silvestri (L. Duchesne, Le liber pontif. I, p.* 170*) c.* 2: Hic exilio fuit in monte Seracten et postmodum rediens cum gloria baptizavit Constantinum augustum, . . . cuius persecutionem primo fugiens exilio fuisse cognoscitur. 3) *Cf. Ann. Mett. (= Chron. Anian.)* 747: Consilio vero accepto eiusdem pontificis; *V. Kar.* 5: (Lupus) saniori usus consilio *(M.)*. 4) *Ann. Fuld.* 748: Gripho frater Karlomanni et Pippini potestatem quandam affectans ad Saxones se contulit. Pippino vero per Thuringiam ingresso Saxoniam super fluvium Obacra in loco, qui dicitur Horoheim, Saxones occurrentes, Griphonem cum eo pacificare cupientes. 5) *Cf. Iust. VI,* 7: veluti ex placito consensu . . . disceditur *(M.)*. 6) *Ann. Fuld.* 748: Gripho autem nec Saxonibus nec Francis se credens; *cf. infra a.* 808: pop. fidei diffidentem.

Grifonis. Haec[g] audiens Pippinus iter illuc arripiens cum exercitu suo, supra nominatos totos[h] sibi subiugavit, Grifonem secum adduxit[i], Lantfridum[k, 1] similiter, Tassilonem in ducatu Baioariorum[l] conlocavit per suum beneficium; Grifonem vero partibus Niustriae[m] misit et dedit ei XII comitatos[n]. Inde iterum Grifo fugiens Wasconiam petiit[o] et[p] ad Waifarium[q] ducem Aquitaniorum[r] pervenit.*

749.

DCCXLVIIII.[a] Burghardus[b] Wirzeburgensis[c] episcopus[2] et Folradus[d] capellanus[3] missi fuerunt[4] ad Zachariam papam, interrogando de regibus in Francia[e], qui illis temporibus non habentes regalem potestatem, si bene fuisset an non. Et Zacharias papa mandavit Pippino, ut melius esset illum regem vocari, qui potestatem haberet, quam illum, qui sine regali potestate manebat; ut non conturbaretur ordo, per auctoritatem apostolicam iussit Pippinum regem fieri.

C. Fr. 33. — *ib. et N. de u. P.*

*750.

*p. 138.

A. Rip. 751.

DCCL.[a] Pippinus secundum morem[b] Francorum[5] electus est[6] ad regem et unctus[7] per manum[c, 8] sanctae memo-

*) Pippinus coniugem duxit Bertradam cognomine Bertam, Cariberti Laudunensis comitis filiam *add.* *C* 3.

A 1. 2[a]. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1.
g) Hoc *A* 1. h) nominatus tassilo *A* 2. i) abduxit *A* 1. 2. k) lanfridum *B* 2; lamfridum *B* 4. l) uaiobariorum *A* 2. m) pactionibus in Austriam *A* 1; neustriae *A* 2a. *B* 2. *ex corr.* *D* 1; niustria *C* 1. 2. n) comitatus *A* 1. *B* 2. *C* 3. o) petit *A* 1; in Wasconia fugit *B* 5. p) et — pervenit *desunt* *C* 3. q) Wapharium *semper* *A* 1; uuaffarium *semper* *B* 4; Waiferum *semper* *B* 5; uuaipharium *D* 1. r) aquitanorum *B* 2.
749. a) *deest* *A* 2. *C* 3. b) Episcopus Burchartus *A* 1; Burchardus *B* 2. *C* 3; Burgardus *B* 4. c) Wurzenburgensis *A* 1; uuidzeb. *C* 3. d) Vollradus *A* 1; folleradus *A* 2; Zach. p. per Fulradum mand. *B* 5. e) in franciam. Amen. *His verbis desinit* *A* 2; frantia *C* 1. 2.
750. a) *deest* *B* 4. *C* 3. b) more *B* 4. c) manu *C* 1.

1) *Ducem Alamanniae, qui Grifoni auxilio videtur venisse.* 2) *Qui sedit* 742—753. 3) *Abbas monasterii S. Dionysii* († 784). 4) *Cf. Cont. Fred.* 33: missa relatione ad sede apostolica, auctoritate praecepta, praecelsus Pippinus . . . ut antiquitus ordo deposcit, sublimatur in regno; *et Notam (clausulam) de unctione Pippini regis (SS. XV, 1):* Pippinus rex pius per auctoritatem et imperium sanctae recordationis domni Zachariae papae . . . in regni solio sublimatus est. 5) *Cf. Cont. Fred.* 33: ut antiquitus ordo deposcit. 6) *Cf. Ann. S. Columbae Senonensis* 750: Pipinus electus est in regem; *quorum auctorem hoc loco Neustrico quodam fonte usum esse, probare studui 'Neues Archiv' XX, p.* 26. 7) *Ann. S. Am.* 751: Pipp. in regem unctus est apud Suessiones. 8) *Cf. notam de unctione Pippini regis:* et unctionem per manus beatorum sacerdotum Galliarum et electionem omnium Francorum.

fuissent, cum maximo[f] exercitu Baioariam[1] profectus est fratremque suum Grifonem[g] cum omnibus, qui cum ipso vel ad ipsum venerant, cepit, Tassilonem[c] in[h] ducatum restituit domumque reversus Grifonem[i] more ducum duodecim comitatibus[k] donavit. Sed[2] ille tali beneficio contentus non erat, nam eodem anno ad Waifarium[l] ducem Aquitaniae profugit.

749.

DCCXLVIIII. Burchardus[a] Wirziburgensis[b] episcopus et Folradus presbyter[c] capellanus missi sunt Romam ad Zachariam papam, ut consulerent pontificem de causa regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum regis, sed nullam potestatem regiam habuerunt; per quos praedictus pontifex mandavit, melius esse illum vocari regem, apud quem summa potestatis consisteret; dataque auctoritate sua iussit Pippinum regem constitui.

*750.

.139. DCCL. Hoc anno secundum Romani[3] pontificis sanctionem Pippinus rex Francorum appellatus est et ad huius dignitatem[4] honoris unctus sacra unctione manu sanctae memoriae Boni-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
f) magno 3. g) griphonem 1. 7. h) tass. ducem in duc. 3. i) griph. 1. 2. 7. k) comitibus 6. 7. l) uuararium 2.
749. a) Burkardus 2. b) uuirziburcgensis 1; uuirciburgensis 6. 7. c) presbiter 1. 2. 7.

1) *Ann. Fuld.* 749: Pippinus in Baioariam pergens Tassilonem . . . constituit. 2) *Ann. Fuld.* 750: sed ille nec ibi se tutum esse ratus ad W. d. Aquitaniae secessit; *cf. Ann. Mett.* 749: Quibus ille solito more despectis. 3) *Vita Karoli* 3: per auctoritatem Romani pontificis . . . rex constitutus. 4) *Ann. Fuld.* 752: ut Pippinus . . . nominis quoque dignitate frueretur.

(751 Nov.) riae Bonefacii[d] archiepiscopi et elevatus[1] a Francis in regno[2] A. Pet. 752. in Suessionis[e] civitate*. Hildericus vero, qui false rex vocabatur, tonsoratus[f] est[3] et in** monasterium[g] missus.***

753.

A. Pet. et Rip. DCCLIII.[a] Pippinus[5] rex in Saxonia[b] iter fecit, et Hildegarius episcopus[†, 6] occisus est a Saxonibus in castro, quod dicitur Iuberg[c, 7]; et tamen Pippinus rex victor extitit[d] et C. Fred. 35. pervenit usque ad locum, qui dicitur Rimie[e, 8]. Et dum[9] reversus est de ipso itinere, nuntiatum[f] est ei[g], quod Grifo, qui in Wasconiam fugitus est[h], germanus eius, occisus[10] fuisset.

A. Petav. C. Fr. 36. Eodemque anno Stephanus papa venit in Franciam[i], adiutorium et solatium[k] quaerendo[l] pro iustitiis sancti Petri; similiter et Carlomannus, monachus et germanus supradicti Pippini regis, per iussionem abbatis[m] sui[g] in[n] Franciam[i] venit, quasi ad conturbandam petitionem apostolicam.††

*) *In codice C* 2 *erasis verbis* in Suess. civ. *manu saec. XI. verba* in monasterio sancti Medardi *in loco raso,* quod situm est in Suessionis civitate *in margine adiecta sunt.*
**) Sithiu[4] *add. manu post. C* 3.
***) Pippinus monente sancto Bonifatio quibusdam episcopatibus vel medietates vel tertias rerum [reddidit][h], promittens in postmodum omnia restituere *add. C* 3.
†) Coloniensis *add. A* 1.
††) Hoc anno natalem Domini in Theodone-villa[11], pascha in 754 Apr. 14. Carisiaco[12] celebravit *add. D* 1.

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1.
d) bonifacii *A* 1. *B* 2. 5. *C* 3; bonefatii *C* 2. e) Svvessionis *A* 1. f) tonsuratus *A* 1. g) monasterio *corr.* -um *B* 4. h) *deest in codice; suppl. Pertz.*
753. a) DCCLI. *B* 2; *deest B* 4. *C* 3. b) saxoniam *A* 1. *B* 2. 4. 5. c) Viberg *A* 1; uigbergh *B* 2. d) exstitit *B* 4. *C* 3. e) *deest A* 1; rimiae *B* 2. 5; rime *B* 4. f) nunciatum *A* 1. *B* 4. 5. g) *deest A* 1. h) fugit *A* 1; fugerat *B* 2; fugatus est *B* 4 *(e corr.)*. *D* 1; fugiuit *B* 5; fugitiuus est *C* 2; fugiit *C* 3. i) frantiam *C* 2. k) solacium *B* 4. *C* 3. *D* 1. l) quaerens *B* 2; querendo *B* 4. *C* 2. 3. *D* 1. m) abbati *C* 1. 2. n) *deest B* 4. 5. *C* 1. *D* 1.

1) *Ann. Petav.* 752: Pipp. elevatus est ad regem in Suessionis civitate. 2) *C. Fr.* 33: sublimatur in regno. 3) *Cf. Ann. Col. Sen.* 750: Hildericus tonsoratus. 4) *St. Omer.* 5) *Ann. Petav.* 753: Pipinus rex in Saxonia, et Childegarius ep. defunctus est; *Ann. S. Am.* 753: Hild. occ. est in Saxonia. 6) *Coloniensis* (750—753). 7) *Iburg.* 8) *Rehme supra Minden.* 9) *Cont. Fred.* 35: Dum haec ageretur, nuntius veniens . . ., quod germanus ipsius rege nomine Gripho, quod dudum in Vasconia . . . confugium fecerat, . . . interfectus est. 10) *Ann. Petav.* 753: et papa Stephanus venit . . . in Franciam, et Karolomannus post eum, . . . et Grippo occisus est; *Cont. Fred.* 36: Stephanus papa . . . veniens . . . auxilium petens, ut per eius adiutorium . . . liberaret. 11) *Diedenhofen.* 12) *Quierzy ad fluvium Oise prope Noyon.*

fatii[a] archiepiscopi et martyris[b] et more Francorum elevatus in solium regni in civitate Suessona. Hildericus[c] vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite in monasterium missus est.*

753.

DCCLIII.[a] Hoc anno Pippinus rex cum exercitu magno Saxoniam ingressus est; et quamvis Saxones ei obstinatissime resisterent, pulsi tamen cesserunt, et ipse usque ad locum, qui dicitur Rimi, qui est super fluvium Wisuram[b, 1], accessit. In[2] qua expeditione Hildigarius archiepiscopus interfectus est in monte, qui dicitur Iuburg. Revertenti vero regi de Saxonia nuntius[c] venit de morte fratris sui Grifonis[d] et a quo vel qualiter[3] fuisset interfectus.

Eodem anno Stephanus papa venit ad Pippinum regem in villa, quae vocatur Carisiacus, suggerens ei, ut se et Romanam ecclesiam ab infestatione Langobardorum[e] defenderet. Venit et Carlomannus[f] frater[4] regis iam monachus factus iussu abbatis sui, ut apud fratrem suum precibus Romani pontificis obsisteret; invitus tamen hoc fecisse putatur, quia nec ille abbatis sui iussa contempnere nec abbas ille praeceptis regis Langobardorum[g], qui ei hoc imperavit[h], audebat resistere.

*) *Hic additur in codd.* 3. 4. 5: Karlus ab Italia regrediens dedicationem ecclesiae sancti Nazarii martyris et translationem corporis ipsius in monasterio nostro Lauresham[5] celebravit anno incarnationis Domini DCCLXXIIII. die Kal. Septembr.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
750. a) bonifacii 2. 3. 6. 7. b) martiris 1. 2. c) Hildricus 3.
753. a) a) DCCLII. 3. b) uuiseram 3; uuisaram 7. c) nuncius 1. 2. 3. d) griph. 1. 2. e) longob. 1. 6. 7. f) Carlom. 1. g) long. 6. 7. h) imperaverat 3.

1) *Cf. infra a.* 784. 2) *Ann. Fuld.* 753: In qua expeditione Hild. . . . interimitur. Gripho frater Pippini, cum Italiam petere conaretur, in valle Maurienna a comitibus fratris sui occisus est. Stephanus papa Romanus auxilium contra Haistulfum regem Langobardorum petens ad Pippinum . . . venit. 3) *Cf. Transl. Marc. et Petri* 15: vel a quo vel qualiter *(M.)*. 4) *Ann. Fuld.* 754: Carlomannus frater Pippini cum consilio Haistulfi regis Langobardorum in Franciam veniens ad persuadendum fratri, ne . . . 5) *Lorsch.*

754.

Nota de u. P. DCCLIIII.[a] Supradictus[1] apostolicus Stephanus confirmavit Pippinum unctione sancta in regem et cum eo inun-
(Iul. 28). xit[b] duos filios eius[c], domnum Carolum[d] et Carlomannum, in regibus[e] *.

A. Murb. Et[c] [2] domnus Bonefacius[f] archiepiscopus in Frisia[g] nun-
(Iun. 5). tians[h] verbum Domini[i] et praedicando[k] martyr Christi effectus est.

755.

(754). DCCLV.[a] Pippinus[3] rex per apostolicam invitationem
A. Rip. in Italiam[b] iter peragens, iustitiam beati Petri apostoli
C. Fr. 37. quaerendo[c], Haistolfus[d] Langobardorum[e] rex supradictam iustitiam vetando clusas[f] Langobardorum[g] petiit, obviam Pippino regi et Francis venit[h]. Et inierunt bellum, et Domino auxiliante beatoque Petro apostolo intercedente Pippinus rex cum Francis victor extitit[i].
A. Pet. 754. Eodemque[4] anno Stephanus papa reductus est ad sanc-
C. Fr. 37. tam[k] sedem per missos domni regis Pippini, Folradum[l] et reliquis[m], qui cum eo erant. Incluso vero Haistulfo rege in Papia[n] civitate, iustitiam sancti Petri pollicitus est faciendi[o]; unde rex Pippinus obsides XL receptos et cum sacramenta firmata[p] *reversus est in Franciam[q]. *p. 140.
A. Rip. Carlomannus[5] autem[r] monachus Vienna[s] civitate remansit[6] una cum Bertradane[t] reginae[u] infirmus, lan-
(754 Aug. 17). guebat dies multos et obiit in pace.

*) anno Domini DCCLIIII. VI. Kal. Augusti *add.* *C* 3.

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1.

754. a) DCCLII. *B* 2; *deest* *C* 3. b) coniunxit *A* 1; unxit *B* 5. c) *deest* *A* 1. d) carlum *C* 3. e) reges *A* 1. f) bonif. *A* 1. *B* 2. *C* 1. 3; bonefatius *C* 2. g) fresia *B* 2. h) nuncians *A* 1. *B* 5. i) dei *B* 2. *D* 1. k) praedicatione *A* 1; predicando *C* 3. *D* 1.

755. a) DCCLIII. *B* 2; DCCLVI. *C* 3. b) Italia *B* 5. c) quaereus *B* 2; querendo *B* 4. *C* 2. 3. *D* 1. d) Haistulfus *A* 1. *B* 2. e) longob. *A* 1 *(semper)*. u 2; lamgob. *B* 4; languob. *C* 1. f) clausas *A* 1; sclusas *C* 2. g) langobardiam *B* 4. h) venit — Francis *desunt* *C* 3. i) exstitit *B* 4. *C* 3. k) suam *B* 2. 5. l) fulradum *C* 3. m) reliquos *A* 1; aliis plurimis *B* 2; reliqui *C* 3. n) papiam *B* 4. o) faciendam *B* 2; faciendo *B* 4; facere *B* 5. *C* 3. p) haberet *add.* *B* 4; essent *add.* *C* 3. q) frantiam *B* 4. *D* 1; francis *C* 1. 2. r) *deest* *C* 3. *D* 1. s) in Vienna *A* 1. t) Bernnadana *A* 1; bertrada *B* 2. *C* 3. u) regina *A* 1. *B* 2. 4. *C* 3; regine *C* 1.

1) *Cf. notam de unct. Pipp.:* Postea per manus eiusdem Stephani pontificis . . . in regem et patricium una cum predictis filiis Carolo et Carlomanno in nomine sanctae Trinitatis unctus et benedictus est. 2) *Ann. Murbacenses (Guelferbytani, Alamannici, Nazariani)* 753: Domnus Bonefacius episcopus in praedicatione in Frisia perrexit, vitam temporalem in martyrio finivit; *Ann. Petav.* 754: Bonefacius martyrium suscepit. 3) *Ann. S. Am.* 755: Pippinus rex cum Francis in Italiam perrexit. 4) *Ann. Petav.* 754: Et papa Stephanus reversus est Romam. 5) *Ann. S. Am.* 755: Carlom. obiit. 6) *Captivus; cf. Mühlbacher, 'Regesten'* 50 *f. (p. 25)*.

754.

DCCLIIII.[a] Stephanus papa, postquam a rege Pippino ecclesiae Romanae defensionis firmitatem accepit, ipsum sacra unctione ad regiae dignitatis honorem consecravit et cum eo duos filios eius Karlum[b] et Carlomannum; mansitque hiberno tempore in Francia.

Eodem anno Bonifatius[c, 1] archiepiscopus Mogontiacensis[d] in Frisia verbum Dei praedicans a paganis interfectus martyrio coronatus est.

755.

DCCLV. Pippinus rex invitante atque suggerente praedicto Romano pontifice propter iustitiam[a] beati Petri apostoli a rege Langobardorum[b] exigendam Italiam cum valida manu[2] ingreditur[3]. Resistentibus Langobardis[b] et claustra Italiae[4] tuentibus[5] ad ipsas montium clusas[c] acerrime pugnatum est; cedentibusque Langobardis[b] omnes copiae Francorum quamvis difficilem viam non magno labore superarunt.

Heistulfus[d] vero rex Langobardorum[b] manum conserere non ausus in civitate Papia a rege Pippino obsessus est; qui ante obsidionem non solvit, quam firmitatis
*p. 141. causa pro reddenda sanctae Romanae *ecclesiae iustitia[e] obsides XL recepisset. Datis vero XL obsidibus promissisque iureiurando firmatis ipse quidem in regnum suum regressus est et Stephanum papam cum Folrado[f] presbytero capellano et non minima Francorum manu Romam[6] remisit.

Carlomannus[g] autem monachus, frater regis, qui cum Berhtrada[h] regina in Vienna civitate remansit, priusquam rex de Italia reverteretur, febre correptus[7] diem obiit; cuius corpus iussu regis ad monasterium sancti Benedicti, in quo monachicum habitum susceperat, relatum est.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

754. a) DCCLIII. 3. b) carlum 3. 6. 7. c) bonifacius 2. 6. 7. d) magont. 1. 6; mogonc. 3.

755. a) iusticiam 2. 3. 6. 7. b) long. 6. 7. c) clausas 3. 7. d) Heistulphus 3; Heistolfus 7. e) iusticia 3. 6. 7. f) fulrado 2; florado 7. g) Kariom. 1; Carlm. 6. h) berthrada 1. 2. 7; bertr. 3. 6.

1) *Ann. Fuld.* 754: Bonifatius arch. Mogontiacensis aeccl. evangelizans . . . verbum Dei martyrio coronatur. 2) *Eadem verba infra* 819 *(M.)*. 3) *Ann. Fuld.* 754: Pippinus vero Italiam ingressus Haistulfum . . . reddere sacramento constringit. 4) *Cf. Flor. I,* 37: Alpes i. e. claustra Italiae *(M.)*. 5) *Cf. Ann. Mett.* 755: Haistulphus Langobardos sclusas firmare atque Francis iussit resistere. 6) *Ann. Sith.* 754: Carlomannus, Pippini frater, Lugduni diem obiit . . . Stephanus papa Romam revertitur. 7) *Cf. V. Kar.* 30: febre valida correptus, *et infra a.* 819 *(M.)*.

756.

C. Fr. 38. DCCLVI.[a.1] Dum prospexisset Pippinus rex, ab Haistulfo[b] Langobardorum[c] rege ea non esse vera, quod[d] antea[e] promiserat de iustitiis sancti Petri, iterum[f] iter peragens
A. Rip. 757. in Italiam Papiam obsedit[2], Haistulfum inclusit, magis magisque de iustitiis sancti Petri confirmavit, ut stabiles permanerent, quod antea promiserat; et insuper Ravennam cum Pentapolim[g] et omni Exarcatu[h] conquisivit et sancto Petro tradidit[i].

Et dum reversus est Pippinus rex, cupiebat supradictus Haistulfus[k] nefandus rex mentiri, quae antea pollicitus
C. Fr. 38. fuerat[l], obsides dulgere[m], sacramenta inrumpere[n]. Quodam
(Dec.). die venationem fecit et percussus est[o] Dei iudicio[p], vitam
(757 Mart.). finivit. Et[3] quomodo et qualiter missus est Desiderius rex in regno, postea dicamus[q.4]

757.

A. Pet. DCCLVII.[a] Misit Constantinus[5] imperator regi Pippino cum
C. Fr. 40. aliis donis organum[6], qui[b] in Franciam[c] usque pervenit.

Et[7] rex Pippinus tenuit placitum suum in Compendio[d.8] cum Francis; ibique Tassilo[e] venit, dux[f] Baioariorum, in vasatico[g] se commendans per manus, sacramenta iuravit multa et innumerabilia, reliquias[h] sanctorum[i] manus inponens[k], et fidelitatem promisit regi Pippino et supradictis filiis eius, domno Carolo[l] et Carlo-

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. ;
756. a) DCCLV. *B* 2; *deest* *C* 3. b) histulfo *C* 2. c) langob. *B* 4. d) quae *A* 1. *B* 2. 5. e) ante *A* 1. f) iterum — Petri *desunt* *B* 4. g) pentapoli *A* 1. *B* 2. 5. *C* 3. *ex corr.* *B* 4. h) Exarchatu *A* 1. i) reddidit *A* 1. k) hastulfus *B* 4. l) *deest* *B* 4. *C* 1. 2. m) denegare *A* 1; relinquere *ex corr.* *B* 4; indulgere *C* 3. n) irrumpere *A* 1. *B* 4. o) *erasum* *C* 2. *D* 1; *deest* *C* 3. p) iuditio *C* 2. 3. q) discemus *B* 2. 4. *C* 3.
757. a) DCCLVI. *B* 2; *deest* *C* 3. b) quod *A* 1. *C* 2; qui *corr.* quod *C* 1. c) Francia *B* 5; frantiam *C* 1. 2. 3. d) conpendio *C* 1. *D* 1. e) Desilo *semper* *B* 5. f) dux uenit *A* 1. *C* 3. g) uassatico *B* 5. *C* 3. h) reliquiis *A* 1; reliquia *D* 1. i) sanct. Martyrum *A* 1. k) imponens *A* 1. *B* 4. *C* 2. l) karolo *B* 4; carlo *C* 1.

1) *Cf. Ann. Petav.* 756: Rex Pipinus perrexit in Langobardiam; et Haistulfus mortuus est. 2) *Ann. S. Amandi* 757: Franci obsederunt Papeia. 3) *Cf. Cont. Fred.* 39: Langobardi . . . Desiderio in sedem regni instituunt. 4) *Huius propositi auctor postea oblitus est.* 5) *Constantinus V. Copronymus* (741—775). 6) *Ann. Petav.* 757: venit organa in Franciam. 7) *Ad haec auctor notitia quadam in archivo regis servata usus videtur esse; cf. Legationis edictum* 789. *Mart.* 23. *Aquis datum* (*Leg. Sect. II. I, p.* 62 *sqq.*) *cap.* 18: De sacramentis fidelitatis causa, quod nobis et filiis nostris iurare debent, quod his verbis contestari debet: 'Sic promitto ego ille partibus domini mei Caroli regis et filiorum eius, quod fidelis sum et ero diebus vitae meae sine fraude et malo ingenio'. 8) *Compiègne.*

756.

DCCLVI. Heistulfus rex Langobardorum[a], quamquam anno superiore obsides dedisset et de reddenda sanctae Romanae ecclesiae iustitia[b] tam se quam optimates suos iureiurando obstrinxisset, nihil de promissis opere complevit. Propter hoc Pippinus rex iterum cum exercitu Italiam intravit[1] et Heistulfum[c] in Papia civitate se includentem obsedit et obsidione ad impletionem promissorum suorum conpulit redditamque sibi Ravennam et Pentapolim et omnem Exarchatum ad Ravennam pertinentem ad sanctum Petrum tradidit.

Atque his peractis in Galliam[2] reversus est. Heistulfus[d] autem post abscessum eius, cum meditaretur, quomodo sua promissa non tam impleret, quam dolose ea, quae impleta fuerant, conmutaret, in venatione de equo suo casu prolapsus[3] est; atque ex hoc aegritudine[e] contracta[4] intra paucos dies[5] vivendi terminum fecit. Cui Desiderius, qui comes stabuli eius erat, successit in regnum.

757.

DCCLVII. Constantinus imperator misit Pippino regi multa munera[6], inter quae et organum[a]; quae ad eum in Conpendio villa pervenerunt, ubi tunc populi sui generalem conventum habuit. Illuc et Tassilo dux Baioariorum cum primoribus gentis suae venit et more Francico[b] in manus regis in vassaticum manibus suis semetipsum commendavit fidelitatemque tam ipso regi Pippino quam filiis eius Karlo[c] et Carlomanno[d]

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
756. a) long. 6. 7. b) iusticia 3. 6. 7. c) heistulfus 2; heistulphum 3. d) Heistulphus 3. e) egrit. 2. 6. 7.
757. a) organa 3. b) francorum 6. c) carlo 3. 6. d) karlom. 2. 6; carlm. 7

1) *Ann. Fuld.:* Italiam ingreditur, Haistulfum . . . reddere conpellit. 2) *Ann. Sith.:* post reditum Pippini in Frantiam in venatione quadam equo cadens mortuus est. 3) *Ann. Fuld.:* equo lapsus. 4) *Cf. Iust. XXXII,* 3: morbo ex aegritudine contracto *(M.).* 5) *Cf. Liv. XXI,* 5: intra paucos dies *(M.).* 6) *Ann. Fuld. (= Sith.):* inter cetera munera etiam organum.

manno, sicut vassus[m] recta mente et firma devotione per iustitiam[n], sicut[o] vassus[m] dominos suos[p] esse deberet. Sic confirmavit supradictus Tassilo supra corpus sancti Dionisii[q], Rustici et Eleutherii necnon et sancti Germani seu[r] sancti Martini[s], ut omnibus diebus vitae eius sic conservaret, sicut sacramentis[t] promiserat; sic et eius homines maiores natu, qui erant cum eo, firmaverunt, sicut dictum est, in locis superius nominatis[u] quam[v] et in aliis multis.*

758.

A. Pet. DCCLVIII.[a] Pippinus[1] rex in Saxoniam ibat, et firmitates[b] Saxonum per virtutem introivit in loco, qui dicitur Sitnia[c, 2], et multae[d] strages factae sunt in populo Saxonum; et tunc polliciti sunt contra Pippinum omnes voluntates eius faciendum[e] et honores in placito suo praesentandum[f] usque in equos CCC[g] per singulos annos. Et inmutavit se numerus annorum in

*759. *p. 142.

ib. DCCLVIIII.[a] Natus est Pippino regi filius, cui supradictus rex nomen suum inposuit[b], ut Pippinus vocaretur sicut et pater eius; qui vixit annos duos et in tertio defunctus est.

Eodem anno celebravit natalem Domini in Long-
760 Apr. 6. lare[c, 3] et pascha in Iopila[d, 4]. Et mutavit se numerus annorum in

*) Eodem anno celebravit natalem Domini in Corbonaco[5] et pascha. Et inmutavit se numerus annorum in *add.* *C*. Natalem Domini et paschá Corbonaco celebravit *D* 1.

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1.
m) Vasallus *A* 1. n) per iust. *desunt* *B* 4. o) sicut vassus *desunt* *C* 2. p) domino suo *A* 1. *(e corr.)* *C* 2. *D* 1. q) Dionysii *A* 1; dyonisii *C* 2. 3; dionisi *D* 1. r) et *A* 1. *B* 2. 5. s) Martyris (*in margine:* Fort. S. Martini) *A* 1. t) sacr. constrictus *A* 1. u) notatis *A* v) *deest* *A* 1; q *B* 4; quia *D* 1.
758. a) DCCLVII. *B* 2. b) ciuitates *B* 5. *C* 2. c) Sithma *A* 1; sitma *B* 2; situuna *B* 4. d) multas *C* 2; multas trages *D* 1. e) faciendas *A* 1. f) praestandum et *A* 1. g) trecentos *A* 1; ac *B* 4.
759. a) DCCLVIII. *B* 2. b) imposuit *A* 1. *B* 4. *C* 2. 3. c) Longlase *A* 1; Longrare *B* 5. d) Topila *A* 1; Iopilo *B* 5.

1) *Ann. Petav.* 758: Rex Pipinus venit Saxonia; *cetera dubito an item ex notitia quadam archivali fluxerint.* 2) *Sythen in medio inter urbes Wesel et Münster.* 3) *Longlier prope Neufchâteau in Belgica parte ducatus Luxemburgensis.* 4) *Jupille prope Lüttich.* 5) *Corbeny ad fluvium Aisne.*

iureiurando supra corpus sancti Dionysii[e] promisit; et non solum ibi, sed[f] etiam super corpus sancti Martini et sancti Germani simili sacramento fidem se praedictis dominis suis[g] diebus vitae suae servaturum est pollicitus. Similiter et[h] omnes primores ac maiores natu Baioarii, qui cum eo in praesentiam regis pervenerant[i], fidem se regi et filiis[k] eius servaturos in praedictis venerabilibus locis promiserunt.

758.

DCCLVIII. Pippinus rex cum exercitu Saxoniam adgressus est; et quamvis Saxonibus validissime resistentibus et munitiones suas tuentibus, pulsis proelio[a] propugnatoribus per ipsum, quo patriam defendere conabantur, vallum intravit. Commissisque passim proeliis[b] plurimam ex ipsis multitudinem cecidit coegitque, ut promitterent se omnem voluntatem illius[c] esse facturos et annis singulis honoris causa ad generalem conventum equos CCC pro munere daturos. His ita compositis et more Saxonico, ut rata esse deberent, confirmatis in Galliam sese cum exercitu suo recepit.

*p. 143.

*759.

DCCLVIIII. Natus est Pippino regi[a] filius, quem suo nomine Pippinum vocari voluit. Sed puer inmatura morte praeventus[1] tertio[b] post nativitatem suam anno decessit.

Hoc anno celebravit rex natalem Domini in Longlare et pascha in Iopila; neque extra regni sui terminos aliquod iter fecit[2].

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

e) dionisii 1. 3. 6; dyonisii 2. 7. f) uerum 3. g) *deest* 6. 7. h) *deest* 3. i) peruenerunt 1. 2. 3. 6. 7. k) filios 1. 2. 7.

758. a) praelio 1; p̄lio 3. 6. 7. b) p̄liis 3. 6. 7. c) eius fact. 3.

759. a) regi pipp. 6. 7. b) tercio 2. 6. 7.

1) *Cf. V. Kar.* 14 *(= Iust. XXXII,* 3*):* morte praeventus *(M.)*.
2) *Cf. Ann. Mett. (= Fragm. Werth., SS. XX,* 5*)* 759: nullum exercuit iter.

760.

A. Pet. C. Fr. 41. DCCLX. Tunc Pippinus rex, cernens Waifarium[a] ducem Aquitaniorum[b] minime consentire iustitias ecclesiarum[c] partibus, quae erant in Francia[d, 1], consilium fecit cum Francis, ut iter[e] ageret supradictas iustitias quaerendo[f] in Aquitania.

Et pervenit usque in[g] locum, qui dicitur Tedoad[h, 2]. Et cum haec vidisset Waifarius, misit missos suos, Otbertum[i] et Dadinum[k], et dedit obsides Adalgarium et Eitherium[l] regi Pippino, ut omnia redderet, quicquid[m] supradictus rex quaerebat[n] in causis ecclesiasticis[o].

Et celebravit natalem Domini in Carisiaco[p] et 761 Mart. 22. pascha. Et[q] inmutavit se[r] numerus annorum in

761.

C. Fr. 42. DCCLXI. Waifarius dux Aquitaniorum, minime cogitans de obsidibus vel de[a] sacramentis suis, quasi in vindictam supra Pippinum regem exercitum misit, qui ad Cavalonum[b, 3] civitatem venerunt. Dum et supranominatus rex synodum[c] suum teneret in villa, quae[d] dicitur Dura[e, 4], nuntiatum[f] est ei, quod Waifarius in omnibus mentitus est; A. Pet. et C. Fr. 42. iterum rex Pippinus illuc cum[a] exercitu iter peragens et eius filius primogenitus nomine Carolus[g] cum eo, et multa castella coepit[h], quorum nomina sunt Burbonnis[i, 5], Can-

A 1. B (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1.

760. a) unafarium *B 4*; unaifharium *C 1*; unaipharium *D 1*. b) aquitanorum *B 2*. c) aeccles. *B 4. C 3*. d) frantia *C 1. 2. 3*. e) ut quae *A 1*. f) querendo *B 4. C 2. 3*. g) ad *B 4. 5. C 2*. h) thedoad *A 1. B 2*; theodoad *B 4*. i) Dotbertum *A 1*; odbertum *C 1*; autbertum *C 3*; adotbertum *D 1*. k) dauuinum *B 2*. l) ad Algarium, Cotherium *A 1*; suum propinquum (= uterinum?) *B 2*; aiterium *B 4*; itherium *C 1. 2*; et adalg. et dedit obs. iterum *C 3*. m) et qu. *A 1*. n) querebat *B 4. C 2. 3. D 1*. o) aeccl. *B 4. C 3. D 1*; ecl. *C 1*. p) carisiago *A 1. D 1*. q) Anno domini (*omissis* Et — in) *C 3*. r) inmutatus est *B 4*.

761. a) *deest A 1*. b) Caluaidonum *A 1*; cabillonem *B 2*; cabalonnum *corr.* cabilonnum *B 4*; caualonnum *C 1. 2*; cauallonum *C 3*. c) sinodum *B 2. 4*. d) qui *D 1*. e) duria *B 2*; ad duriam *B 5*. f) nunciatum *A 1. B 5. C 1*. g) carius *B 4. C 1. 3. D 1*. h) cepit *A 1. B 5*; cepit n 3. i) Burbonis *A 1*; burdellum *B 2*; Burbonnes *B 5*.

1) *Cont. Fred.* 41: qui in Aquitania sitas erant. 2) *Locus ignotus in pago Arvernico quaerendus; cf. Cont. Fred.*: per pago Bitorivo usque Arvernico accessit. *Oelsner, 'Jahrbücher'* 343, *n.* 3. 3) *Chalon sur Saône.* 4) *Düren inter urbes Aachen et Köln.* 5) *Bourbon (départ. Allier, arrond. Moulins).*

760.

DCCLX. Waifarius[a] dux Aquitaniae, cum res, quae in sua potestate erant et ad ecclesias sub manu Pippini regis constitutas pertinebant, rectoribus ipsorum venerabilium locorum reddere noluisset ipsumque regem pro his se per legatos suos commonentem audire contemneret[b], contumacia[c] sua ad suscipiendum contra se bellum concitavit. Nam rex contractis undique copiis Aquitaniam ingressus bello se res et iustitias[d] ecclesiarum exacturum[e] pronuntiavit.

Cumque in loco, qui Tedoad[f] vocatur, positis castris consedisset[g], Waifarius bello certare non ausus missa ad regem legatione spondet[1] se imperata facturum, ecclesiarum iustitias[d] redditurum, obsides qui imperarentur daturum; dedit etiam duos de primoribus gentis, Adalgarium et Itherium[h]. Et hoc facto commotum contra se regis animum adeo[i] mitigavit, ut statim bello desisteret. Nam acceptis[2] obsidibus, qui ad fidem promissionibus faciendam dati sunt, rex bello abstinuit domumque reversus dimisso exercitu in villa Carisiaco hiemavit, in qua et natalem Domini et pascha celebravit.

761.

DCCLXI. Waifarius dux, quamquam obsides dedisset, sacramenta iurasset, satius[a] tamen ratus, si de inlato sibi anno superiore bello ultionem exigeret, exercitum suum, qui Francorum possessiones popularetur, usque ad Cabillonem civitatem fecit accedere. Quod[3] cum Pippino regi generalem[b] conventum agenti[c] in villa Duria fuisset nuntiatum, coactis undique auxiliis[4] cum magno belli apparatu Aquitaniam ingressus quaedam oppida atque castella manu cepit; in quibus praecipua fuere Burbonis, Cantilla.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

760. a) Vuatfarius 3. b) contempneret 2. 3. 6. 7. c) contumatia 2. 3. 7. d) iusticias 3. 6. 7. e) se res et iust. eccl. bello exacturum 3. f) tedo advocatur 1. 2; tedo uocatur 6. 7. g) cons. positis castris 3. 4. 5. h) iterium 7. i) ita contra se commotum regis animum mit. 3. 5.

761. a) sacius 2. 3. 6. b) generale 1. 7. c) *deest* 3.

1) *Cf. Ann. Mett.* (= *Fragm. Werth., SS. XX,* 5) 760: spondens se sub sacramento. 2) *Ibid.*: Hac firmitate suscepta princeps Pippinus ad propria revertitur. 3) *Cf. Ann. Mett.* 761: Hoc cum Pippino regi nunciatum fuisset. 4) *Cf. Iust. I,* 6: contractis undique auxiliis *(M.)*.

tela[1], Clarmontis[k, 2] Istas[l] per pugnam coepit[m] et in Alverno[n, 3] alia multa castella coepit per placitum, quae se subdiderunt in eius dominio, et[4] pervenit usque Lemovicas[o, 5], vastando et desertando supradictam provintiam[p] propter neglegentias[q] Waifarii[r] ducis. *A. Laur. et C. Fr. 42.*

Et celebravit natalem[s] Domini in Carisiaco[t] villa et pascha[u] similiter. Et[v] inmutavit se numerus annorum in *762 Apr. 18.*

762.

DCCLXII. Tertio[a] in Aquitania Pippinus rex iter faciens et[a] coepit[b] civitatem Bituricam[c, 7] et castrum, quod dicitur[d] Toarcis[e, 8]. *A. Pet. et C. Fr. 43.*

Et celebravit natalem Domini in Gentiliaco[9] villa et pascha similiter[f]. Et[g] inmutavit se numerus annorum in *763 Apr. 3.*

*763. *p. 144.

DCCLXIII. Pippinus[10] rex habuit placitum suum in Nivernis[11] et quartum iter faciens in Aquitaniam. Ibique[a] Tassilo dux Baioariorum postposuit sacramenta et omnia, quae[b] promiserat, et per malum ingenium se inde seduxit, omnia benefacta, quae[c] Pippinus rex avunculus eius ei fecit, postposuit; per ingenia fraudulenta se sub- *C. Fr. 47.*

A1. B(2.) 4. (5.) C1. 2. 3. D1.
k) Daruomontis A1; Clarmont. B5. l) Istos A1; istas corr. ista B4. C2. m) cepit A1. C3. n) Auernen A1; aruernum B2; aliuerno B4. C1; aruerna C2. o) Lemodicas A1; lemodicas B2; Lemouecas B5; limouicas C1. 2. D1. p) prouinciam A1; supradictas prouintias B4; -ta -tia C1. 2. q) negligentiam A1; neglegentiam D1. r) uuaifari C2. s) natale A1. B5. t) Carasiaco A1; kerisiaco B4; carisiaco D1. u) nat. dom. et pascha in car. B5. C3. v) et inmutatus est numerus A1; anno domini (omissis Et — in) C3.
762. a) deest C2. 3. b) cepit A1. B5. C3. c) Bituricas B5. d) deest A1. e) Tuarcis A1; Tuarchis B5; thoarcis C2. f) sim. et p. A1. g) Et — in abhinc semper deest A1.
763. a) Ibi A1. b) que B4. C2. c) que B4. C2. D1.

1) *Chantelle (départ. Allier, arrond. Gannat).* 2) *Clermont.* 3) *Continuator Fredegarii modo urbis Arvernicae mentionem facit, quae nunc cum Claro-monte castello urbs Clermont appellatur; Annales Petaviani autem exhibent:* captoque omni pago Alvernico. 4) *Ann. Laureshamenses* 761: Et rex Pippinus fuit in Wasconia . . . usque ad Limodicam civitatem. *Fortasse auctor hic potius ex fonte eorum Neustrico hausit, quo etiam supra ad a.* 750. *usus videtur esse.* 5) *Limoges.* 6) *Ann. Petav.* 762: Iterum . . . perrexit in Wasconiam et adquisivit civitatem Bituricas; *Cont. Fred.* 43: . . . Pippinus rex . . . Bitoricas venit . . . cepit urbem . . . ad castro, qui vocatur Toartius, veniens . . . 7) *Bourges.* 8) *Thouars (dép. Deux Sèvres, arr. Bressuire).* 9) *Gentilly (dép. Seine, arr. Sceaux).* 10) *Cont. Fred. res in Aquitania intra a.* 763. *et* 766. *gestas ordine perverso confundere videtur; num autem auctor noster recte disposuerit, dubium est. Cf. Mühlbacher, 'Regesten'* 43. 11) *Nevers.*

Clarmontis. Quaedam se victori ultro dediderunt[d], maximeque Arvernorum castella, quae tunc bello premebantur. Rex tamen cuncta[1], quae extra munitiones invenit, ferro et igni[e] devastans, postquam ad Limovicas[f] oppidum venit, reversus est[2] et in villa Carisiaco hibernis habitis natalem Domini ac pascha celebravit. In hac expeditione fuit cum rege filius eius primogenitus Karlus, ad quem post patris obitum totius[g] imperii summa[3] conversa est.

762.

DCCLXII. Pippinus rex suscepto a se bello finem inponere[4] cupiens iterum Aquitanicam provinciam cum magnis copiis intrat[5]; captisquè Biturica[a] civitate et castello Toarcis revertitur. Hiemavitque in villa Gentiliaco atque in ea natalem Domini ac paschalis festi sollemnia[b] celebravit.

*p. 145.

*763.

DCCLXIII. Redeunte anni congruo tempore conventu in Nivernis[a] habito[b] et contractis undique copiis rex Pippinus Aquitaniam repetit et omnia, quae extra munitiones erant, ferro et igni[c] depopulatus usque ad Cadurciam oppidum accessit. Inde cum integro exercitu[d, 6] in Franciam se recepturus per Lemovicam regreditur. De qua

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
d) dederunt 3. 7. e) igne 3. f) lemouicas 7. g) tocius 3. 6. 7.
762. a) beturica 6. b) sollempnia 2. 3. 6. 7.
763. a) niuersis 3; niuersis *corr.* niuernis 7. b) habitu *corr.* habito 1. 7; habitti 3. c) igne 3. d) cum exercitu integro 3. 4.

1) *Ann. Fuld.* 761: Waipharius . . . ferro et igni cuncta vastando . . . Pippinum sibi . . . occurrere conpulit; *cf. infra a.* 827: cunctis etiam, quae extra urbes invenerat, direptis *(D.)*. 2) *Cf. Ann. Mett.* 761: in Franciam reversus est. 3) *Cf. infra* 805: summam totius regni, *et V. Kar.* 1: summa imperii *(M.)*. 4) *Cf. V. Kar.* 11: Sicque bello . . . celerrimus est finis impositus *(M.)*. 5) *Cf. Ann. Mett.* 762: in Aquitaniam intravit . . . Reversusque . . . 6) *Cf. Ann. R. Franc.* 796: cum integro exercitu in Gallias se recepit *(D.)*.

trahendo Baioariam petiit et nusquam amplius faciem supradicti regis videre voluit. Rex Pippinus iter peragendo[1] per Aquitaniam usque[d] ad Cadurciam[e,2] pervenit[f] Aquitaniam vastando et revertendo per Lemovicas[g] in Franciam[h] reversus est.

A. Bp. 763. Et[3] facta est hiems[i] valida.

Et tenuit rex Pippinus natalem Domini in villa,
764 Mart. 25. quae[k] dicitur Longlar[l], et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

764.

A. Bp. 763. DCCLXIIII. Tunc[4] rex[a] Pippinus[b] habuit placitum suum[c] ad Warmatiam[d,5] et nullum iter aliud fecit, nisi in Francia[e] resedit[f], causam pertractabat inter Waifarium et Tassilonem[g].

Et celebravit natalem Domini in[e] Carisiaco[h] villa et
765 Apr. 14. pascha[i] similiter. Et[k] inmutavit se numerus annorum in

765.

A. Bp. DCCLXV. Tunc Pippinus rex placitum suum[a] habuit ad Attiniacum[b,6] et nullum fecit aliud iter.

Et celebravit natalem Domini in Aquis villa et
766 Apr. 6. pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

766.

A. Bp. et C. Fr. 46. 48. DCCLXVI. Tunc[7] Pippinus rex perrexit iter faciens

A1. B2; 4. 5, C1. 2. 3. D1.
d) usque — Aquit. desunt B1. e) caduricium B2; caduriam C3. f) per C1; pervenit per C2. g) lemovicas A1. C1. 2. D1; lemodicas B2; lemouecas B5. C3. h) franciam C1. 2. i) hyems A2; hiemps B2. C3. k) qui D1. l) Longlare A1; longalare B2.

764. a) deest A1; pipp. rex B1. b) pipinus A1. B4. C3. c) deest A1. d) warmatiam B4; Vuarmaciam B5; uuarmaciam C1. e) franciam B4; francia C1. 2; franciam C3. f) resedit C1. 2. g) tassilonem A1. h) Carisiago A1; parisiaco C3; carisiago D1. i) n. dom. et p. in B5. C3. k) [illegible] Et — in) C3.

765. a) deest A1. b) Lactiniacum B5.

1) *Cont. Fred.* 47: Aquitania pergens usque ad Lemodicas accessit, totam regionem illam vastans .... ad propriam sedem remeavit invictus. 2) *Cahors.* 3) *Ann. S. Amandi* 764: Tunc fuit illa gelus pessimus et coepit XVIIII. Kal. Ianuarii et permansit usque in XVII. Kal. Aprilis. 4) *Ann. S. Amandi* 763: Pippinus placitum habuit in Warmacia. *Ex eodem fonte Ann. Aquenses, Laubacenses, Petaviani. Anno* 764. *Carisiaci conventum habitum esse Ann. Laureshamenses memoriae produnt.* 5) *Worms.* 6) *Attigny.* 7) *Ann. S. Amandi*: Pippinus fuit in Wasconia et fecit Argentum; *Cont. Fred.* 46: Rex Pippinus castra,

expeditione Tassilo[e] Baioariae[f] dux aegritudine[g] per dolum simulata[1] patriam reversus est firmatoque ad defectionem animo ad regis conspectum ulterius se venturum abiuravit.

Rex dimisso in hiberna exercitu[h] ad hiemandum in villa Lonclare consedit atque ibi natalem Domini ac pascha celebravit. Facta[2] est autem eo[i] tempore tam valida atque aspera hiems[k], ut inmanitate[l] frigoris[3] nullae praeteritorum annorum hiemi videretur posse conferri.

764.

DCCLXIIII. Rex Pippinus distracto in diversa animo propter duo bella, Aquitanicum iam olim susceptum et Baioaricum[a] propter Tassilonis ducis defectionem suscipiendum, populi sui generalem conventum[4] habuit in Wormacia[b] civitate. Dilataque in futurum expeditione illo anno domi se continuit. Hiemavitque in villa Carisiaco atque in ea natalem Domini et sanctum paschalis festi sollemne[c] celebravit.

Eclipsis[d] solis facta est II. Non. Iun. hora sexta. *Iun. 4.*

765.

DCCLXV. Hoc anno rex Pippinus domi se continuit neque propter Aquitanicum bellum quamvis nondum finitum regni sui terminos egressus est, sed generalem populi sui conventum[5] in Attiniaco[a] villa, hiberna Aquisgrani habuit, ubi et[b] natalem Domini et pascha celebravit.

766.

DCCLXVI. Pippinus rex propter conficiendum Aqui-

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
e) tassillo 3. f) baioariorum 2. g) egrit. 2. 6. 7. h) exercitu in hiberna 3. i) hoc 3. k) hiemps 1. 2. 3. 6. 7. l) imman. 2. 3. 6. 7.
764. a) baioariorum 2. b) uuormatia 3; uuortmatia 7. c) sanctum pascha 3. 4. d) eclypsis 1. 3. 6. 7; eodem anno ecl. 3.
765. a) atiniaco 2. 7. b) *deest* 3.

1) *Cf. V. Kar.* 20: aegritudine simulata *(M.)*. 2) *Cf. Ann. Mett.* 763: Facta est autem eodem anno hiems valida. 3) *Cf. infra a.* 811: immanitate frigoris clausae *(M.)*. 4) *Cf. Ann. Mett.* 764: conventum Francorum habuit in civitate, quae vocatur Wormacia. 5) *Ibid.* 765: conventum habuit ad Attiniacum villam.

in Aquitaniam; et placitum suum habuit in Aurelianis[1] civitate et restauravit Argentomo[a, 2] castro[b], quod antea Waifarius destruxit. Supradictus Pippinus rex castrum nominatum[c] reaedificavit, ibi Francos misit Aquitaniam continendo, similiter et in Bituricas[d] Francorum[c] scaram conlocavit.

Et celebravit natalem Domini in Salmontiagum[e, 3] villam et pascha[4] in Gentiliaco[f]. Et[g] inmutavit se numerus annorum in

767.

DCCLXVII. Tunc habuit domnus Pippinus rex[a] in supradicta villa[5] synodum[b] magnum[c] inter Romanos et Grecos[d] de sancta Trinitate vel de sanctorum imaginibus[6].

A. Rip. et Murb. Et[7] postea perrexit iter peragens partibus Aquitaniae per Narbonam, Tolosam[e] coepit[f], Albiensem[8] similiter necnon et Gavuldanum[g, 9]; et sanus reversus est
Apr. 19. in patriam et celebravit pascha in Vienna civitate.

A. Rip. et C. Fr. 49. Et[10] in eodem anno in mense Augusto iterum perrexit partibus Aquitaniae, Bituricam[h] usque venit[i]; ibi synodum fecit cum omnibus Francis solito more in campo. Et inde iter peragens usque ad Garonnam[k] pervenit, multas roccas[l] et speluncas conquisivit[m], castrum Sco- **p. 14*
C. Fr. 49. raliam[n, 11], Torinnam[12], Petrociam[o, 13] et reversus est Bi-

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1.

766. a) Argentonio *A* 1; argentonum *B* 2. *C* 2. 3. *ex corr.* *B* 4. *C* 1. b) castrum *A* 1. *B* 2. *C* 2. 3. *ex corr.* *B* 4. *C* 1. c) *deest* *A* 1. d) Biturgiis *A* 1; biturigas *D* 1. e) Salmonigo *A* 1; salmontiaco *B* 2; Salmonceco *B* 5; salmontiacum *C* 2; salmunciagum *D* 1. f) et p. similiter *A* 1. g) anno domini (*omissis* Et — in) *C* 3.

767. a) *deest* *A* 1; rex pipp. *C*. b) sinodum *B* 2. 4. c) magnam *A* 1. *B* 2. d) graecos *A* 1. *B*. 5. *C* 3. e) tholosam *B* 4. f) cepit *A* 1. *B* 5. g) Gvvaldanum *A* 1; gaualdanem *B* 2; gaualdanum *B* 4. h) Bituricum *A* 1; bituricas *B* 2. 5. i) peruenit *A* 1. *C* 1. 2. k) Garonam *B* 5. l) Rockas *A* 1; rocas *B* 2. m) conquesiuit *B* 4; conquaes. *D* 1. n) Scoram *A* 1. o) Perotiam *A* 1; patrotiam *C* 2.

cui nomen est Argentonus, . . . reparare iussit; 48: ad Aurelianis veniens, ibi placitum suum . . . tenens. 1) *Orléans.* 2) *Argenton sur Creuse (dép. Indre, arr. Châteauroux).* 3) *Samoussy (dép. Aisne, arr. Laon).* 4) *Pascha tunc Viennae celebratum esse ipse auctor infra tradit.* 5) *Gentiliaci.* 6) *Cf. Ölsner, 'Jahrbücher',* 404—407. 7) *Ann. S. Amandi* 767: iterum Pippinus fuit in Wasconia in mense Martio; *Ann. Guelferbyt.* 767: Pippinus Tolosa perrexit. 8) *Pagum urbis Albi (dép. Tarn).* 9) *Le Gevaudan (dép. Lozères).* 10) *Ann. S. Am.* 767: et iterum in mense Augusto; *Cont. Fred.* 49: Iterum . . ad Bitoricas accessit. . . Iterum . . campo Madio, sicut mos erat, ibidem tenere iubet. 11) *Ally (dép. Cantal arr. Mauriac); Mühlbacher,* 101 *p.* 12) *Turenne (dép. Corrèze, arr. Brives).* 13) *Peyrusse (dép. Aveyron, arr. Villefranche).*

tanicum bellum conventu[1] Aurelianis[a] habito in Aquitaniam profectus destructum a Waifario[b] Argentomagum castrum reaedificat dispositoque ibi necnon et in Biturica civitate Francorum praesidio regreditur natalemque Domini Salmontiaci[c], pascha vero Gentiliaci[d] celebravit.

767.

DCCLXVII. Orta quaestione[a] de sancta Trinitate et de sanctorum imaginibus inter orientalem et occidentalem ecclesiam, id est Romanos et Grecos[b], rex Pippinus[c] conventu in Gentiliaco villa congregato synodum de ipsa quaestione[d] habuit. Eoque[2] peracto ad bellum praedictum conficiendum post natalem Domini in Aquitaniam proficiscitur et per Narbonam iter agens Tolosam adgressus cepit, Albiensem et Gavuldanum[e] pagos in deditionem accepit. Et Viennam reversus, postquam ibi et paschalis[f] festi sacra peregit et exercitum a labore refecit[3], iam prope aestate confecta mense Augusto ad reliquias belli profectus est; et Bituricam ve-
p. 147. niens conventum more *Francicos[g] in campo egit. Indeque ad Garonnam[h] fluvium accedens castella multa et petras atque speluncas, in quibus se hostium manus plurima defendebat, cepit[i]; inter quae praecipua fuere Scoralia[k], Torinna[l] et Petrocia. Reversusque Bituricam exercitum in hiberna

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.

766. a) in aur. 1. 3. b) uuarif. 7. c) salmonciaci 1. 2. 3; salmontiaco 7. d) gentiliaco 7.

767. a) questione 2. 3. 7. b) graecos 1. c) pipinus 2. d) quest. 2. 3. 6. 7. e) gauuldianum 3. f) paschales 1; pascales *corr.* — is 2. g) franciaco 6. 7. h) garonam 2; garronnam 3; garongam 6. 7. i) cępit 1. 3. 6. k) scolaria 3. 6. l) turinna 6.

1) *Cf. Ann. Mett.* 766: conventum . . adunavit . . civitates . . reaedificare praecepit. In quibus custodes posuit . . Revertensque . . . 2) *Ibid.* 767: His rite peractis . . . Ad Bituricam . . veniens ibi conventum Francorum habuit. 3) *Cf. Caes. de b. Gall. VII,* 32: exercitum ex labore refecit, *et* 32: iam prope hieme confecta *(M.)*.

A. Murb. turicam[p]. Ibique nuntiatum[q] est de obitu[r] Pauli papae[1], et ibi celebravit natalem Domini. Et inmutavit se numerus annorum in

768.

C. Fr. 51. DCCLXVIII. Domnus[2] Pippinus rex iter faciens et Remistagnum[a, 3] coepit[b], ad Sanctones[c, 4] civitatem usque pervenit[d] et ibi captam[e] matrem[f] Waifarii et sororem eius et neptas[g] eius usque[h] ad Garonnam[i]. Inde perrexit in loco, qui dicitur Montis[5]; ibi Herowicus[k] veniens cum illa alia sorore Waifarii ducis. Et inde sanus re-
Apr. 10. versus pascha celebravit in castro, qui[l] dicitur Sels[6].

C. Fr. 52. Iterum[7] iter adsumens cum domna Bertradane[m] regina ad Sanctones[n] civitatem pervenit ibique domna Bertradane regina[o] cum familia dimisit et partibus Petrogorigo[p, 8]
(Jun. 2). perrexit; et interempto Waifario cum triumpho victoriae ad Sanctones[q] reversus est.

C. Fr. 53. Ibique moram faciens aliquod[r] dies aegrotare[s] coepit, partibus Turonorum[t, 9] revertendo perrexit, orationem[u] ad sanctum Martinum[v] fecit[w], ad sanctum Dionisium[x] usque
Sept. 24. pervenit ibique diem obiens finivit[y, *] VIII.[z] Kal. Octobr.[10]

*) INCIPIT GESTA CAROLI MAGNI REGIS ET CARLOMANNI FRATRIS EIVS *add. in loco raso D* 1.

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C*. 1. 2. 3. *D*. 1.
p) bituricas *B* 2. 5. q) nunciatum *B* 4. 5. r) de ob. *desunt C* 2.
768. a) Rhenum stagnum *A* 1; Remstagnum *B* 5. b) cepit *A* 1. *B* 2. 5; cępit *C* 3. c) Xantones *A* 1; cantones *B* 2; Sanctonas *B* 5. d) u. p. *desunt A* 1. e) capit *A* 1; cępit *B* 2; capta *B* 4. *C*. f) matre *B* 4. *C* 3. g) neptes *A* 1. *B* 5. h) et venit *C*. *A* 1. i) Garonam *A* 1. *B* 5; garonniam *B* 4. k) Heronicus *A* 1; heriuuicus *B* 2; herouicus *B* 4. l) quod *A* 1. *B* 2. m) Bertradana *A* 1; adsumens bertradam *B* 2; Bertane *B* 5. n) Xanctones *A* 1; sanctonas *B* 2. o) ib. dictam reginam *A* 1; ib. reginam *B* 2; ib. eam *B* 5; domnam bertradanem reginam *B* 4. *C* 1. 3; domnam bertradanam reginam *C* 2. p) petrogorico *B* 2. *C* 3; Petrocorico *B* 5. q) Xanctones *A* 1. r) aliquot *A* 1. *B* 2. s) egrotare *C*. t) Thuronum *A* 1; turonis *B* 2. u) perr. Orceronem *A* 1. v) martynum *D* 1. w) et *A* 1. x) Dionysium *A* 1. *B* 5; dyonisium *C* 2. 3. y) obiit *A* 1. z) VIII. — Carlomannus *desunt D* 1.

1) *Ann. Murbacenses (Guelf., Alam., Nazar.)*: Paulus papa obiit. *Qui cum die Iun.* 28. *mortuus esset (Ölsner 'Jahrbücher'* 408. *sqq.), nuntius forsitan ante expeditionem ad Garonnam factam regi Bituricas allatus sit.* 2) *Cont. Fred.* 51: rex Pippinus . . ad persequendum Waiofarium ire destinavit. . . . comites, qui ad Remistagnum capiendum missi fuerant, . . capiunt. 3) *Waifarii patruum.* 4) *Saintes ad fluvium Charente.* 5) *Duos locos nomine Mons in regione fluvii Charente Ölsner 'Jahrbücher'* 411 *n.* 7 *profert.* 6) Sellus *apud Cont. Fred., nunc Chantoceaux (dép. Maine et Loire, arr. Cholet); Longnon 'Géographie de la Gaule'* 575, *Krusch, SS. Rer. Mer. II,* 192 *n.* 2. 7) *Cont. Fred.* 51: Waiofarius . . in pago Petrocoreco latitans; 52: . . Pippinus iterum . . ad persequendum Waiofarium . . perrexit et usque ad Sanctonis . . venit . . . Waiofarius . . a suis interfectus est . . . Pippinus . . cum magno triumpho et victoria ad Sanctonis, ubi Bertrada regina resedebat, veniens. 8) *Périgord.* 9) *Tours.* 10) *Ann. S. Amandi* 768: et rex P. defunctus est in VIII. Cal. Octobr.

dimisit, ipse[m] ibi considens natalem Domini celebravit. Eo anno Paulus papa Romanus defunctus est, cuius rei nuntius[n] ibi ad regem pervenit.

768.

DCCLXVIII. Rex Pippinus, cum primum ad bellum gerendum tempus congruum esse videret, evocato undique exercitu, ad Santonicam[a] civitatem contendit. Captoque in itinere Rimistaino[b], cum ad urbem praedictam venisset, mater et soror et neptes Waifarii[c] ducis ad conspectum eius adductae sunt. Quas cum pie susceptas servari iussisset, ad Garonnam fluvium proficiscitur, ubi ei Erowicus[d] cum alia praedicti ducis sorore occurrit in loco, qui Montes vocatur, seque[1] et illam regi tradidit. Rebus igitur aliquot prospere gestis rex revertitur et in castello, quod dicitur Sels[e], pascha celebravit.

Adsumptaque secum uxore atque familia sua iterum ad urbem Santonicam[f] venit; dimissaque ibi uxore et[g] familia, cum omnibus copiis ad persequendum Waifarium ducem animum intendit nec prius destitit[2], quam aut caperet aut interficeret rebellantem. Interfecto[3] igitur duce Waifario[h] in territorio Petragorico confectoque, ut sibi videbatur, Aquitanico bello Santonas reversus est.

Cumque ibi aliquantum temporis moraretur, aegritudine[i] decubuit; in ipsa tamen valitudine Turonos[k] delatus apud sancti Martini memoriam oravit. Inde[4] cum ad Parisios[l] venisset, VIII. Kal. Oct. diem obiit. Cuius corpus in basilica beati Dionysii[m] martyris humatum est. Filii[5] vero

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7.
m) ipse uero 3. n) nuncius 2. 3. 7.
768. a) sattonicam 6. b) rimistamo *corr.* rimastamo 7. c) uuatfarii 3. d) euuoruuicus 3. e) fels 2. f) santonicum 1. 2. 7; sattonicam 6. g) ac 3. h) unaif. duce 3. i) egrit. 6 7. k) turonis 3. l) parisius 3. m) dionisii 1. 3. 6. 7.

1) *Auctor opinari videtur, Herowicum illam in matrimonio habuisse et a Waifario stetisse; at nomen est origine Francica.* 2) *Cf. V. Kar.* 6: non prius destitit, quam et Desiderium . . . in deditionem susciperet. 3) *Ann. Fuld.* 768: Pippinus interfecto Waiphario et omni Aquitania subacta rediens apud Parisios . . . diem obiit. 4) *Cf. Ann. Mett.* 768: Inde cum ad sanctum Dionysium pervenisset, . . . obiit . . sepelieruntque eum . . in basilica beati Dionysii martyris. 5) *Ann. Fuld.* 768: filiique eius . . . infulas regni suscipiunt.

A. Rip. C. Fr. 54. A. Rip. et Laur. Et domnus[1] Carolus[a] et Carlomannus[b] elevati sunt[c] in regnum, domnus Carolus VII. Id.[d] Octobr. in Noviomo[e, 2] civitate, Carlomannus in Suessionis civitate similiter.

Et celebravit praedictus gloriosus domnus Carolus[f] rex natalem Domini in villa, quae dicitur Aquis, et *769 Apr. 2.* pascha in Rodomo[g, 3] civitate.* Et inmutavit se numerus annorum in

769.

dictus domnus rex eis[k] quaesivit[l], dederunt. Et perfecta[m] supradicta castella et disposita per Francos scaras resedentes[n] et ipsa[o] custodientes reversus est domnus Carolus[p] rex in Franciam[q].

Et celebravit[r] natalem Domini in Haristallio[s] et
778 *Mart.* 30. pascha in villa[t], quae dicitur Niumaga[u, 1]. Et inmutavit se numerus annorum in

777.

A. Laur. et Pet. DCCLXXVII. Tunc[2] domnus Carolus rex synodum[a] publicum[b] habuit ad Paderbrunnen[c] prima vice. Ibique convenientes[d] omnes Franci, et ex omni parte Saxoniae[e] undique Saxones convenerunt, excepto quod Widochindis[f] rebellis extitit cum paucis aliis: in *partibus Nordmanniae[g] confugium fecit una cum sociis suis. Etiam ad eundem placitum[h] venerunt Sarraceni[i] de partibus Hispaniae[k], hi[l] sunt Ibin al Arabi[m, 3] et filius Deiuzefi[n], qui et latine Ioseph[o] nominatur[4], similiter et gener *A. Laur.* eius[5]. Ibique multitudo Saxonum baptizati sunt et secundum morem illorum omnem ingenuitatem et alodem[p] manibus dulgtum[q] fecerunt[r], si amplius inmutassent secundum malam consuetudinem eorum, nisi conservarent in omnibus christianitatem vel fidelitatem supradicti domni Caroli[s] regis et filiorum eius vel Francorum.

* p. 158.

A 1. *B* (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

k) *deest* *A* 1; ab eis *C* 3; de eis *D* 3. l) quesiuit *B* 4. *C* 2. *D* 3. m) perfectis supradictis castellis et dispositis *A* 1. n) residentes *A* 1. *C* 3. *D* 1. 3; resed. *corr.* resid. *B* 4. o) ipsas *B* 4. *C* 3. p) d. C. rex *desunt* *A* 1; karolus *etiam* *B* 4. q) frantia *C* 1. 2. r) caelebr. *B* 4. *C* 1. 2. *D* 1. s) Haristalho *A* 1; heristellio *B* 2; aristallio *B* 4. *D* 1; Harjstalio *B* 5. t) v. q. dic. *desunt* *C* 1. 2. u) Niomaga *A* 1. *B* 5; neumaga *B* 4.

777. a) sinodum *B* 4. *D* 1. 3. b) publicam *A* 1. *D* 1. c) apud Padesbrunnen *A* 1; padresbrunna *B* 2; Patresbrunna *B* 5; padarbrunna *C* 3. d) uenientes *A* 1. *B* 5. e) Sax. und. *desunt* *A* 1. f) Vindobundis *A* 1; uuidichindis *B* 2; uuithochindis *B* 4; Witigingo *B* 5; uuidochindus *C* 1. 2; uuidochinnus *D* 3. g) nortmanniae *B* 2; normanniae *B* 4; Normaniae *B* 5; nordmannicae *C* 3; nordmaniae *D* 1. h) *Ab hoc vocabulo incipit* *B* 1. i) saraceni *B* 5. *D* 3. k) Spaniae *B* 5. l) scilicet Ib. *A* 1; hii *B* 1. 5. *D* 3. m) Ibinalakabe *A* 1. n) de Vizosi *A* 1; Deuizesi *B* 5; diuzefi *D* 1; deiuzeui *D* 3. o) iosep *B* 4. p) alodum *B* 4. q) dulgium *A* 1; dultum *B* 4; indulgtum *C* 2. r) fecere *A* 1. s) kar. *etiam* *B* 4.

1) *Nymwegen.* 2) *Ann. Laureshamenses (Mosell.)* 777: Habuit Carlus conventum Francorum . . . ad Padresbrunnon *(Mosell.* Paderbrunnon*); Ann. Petav.* 777: . . . rex Karolus venit . . . Patresbrunna habuitque ibi magnum placitum; et ibi convenerunt Saxones . . . 3) *Solaiman Ebn el Arabi; Lembke, 'Gesch. Spaniens' I,* 344 *sq.* 4) *Iussef Ben Abd ur Rahman el Fehri, olim (inter a.* 742. *et* 755.*) princeps omnium in Hispania Arabum electus, sed ab emiro Abd ur Rahman Ben Muawijah regno pulsus et a.* 759. *a suis occisus, tres filios reliquerat: quorum unus occisus, alter ab a.* 760. *in custodia detentus est; tertius igitur, nomine Kasem, tunc ad Karolum videtur venisse. Lembke* 304 *sq.* 334 *sqq.* 5) *Fortasse Hossain Ben Jahja* († 781)*; cf. Lembke* 342. 347.

dico praesidio[1] relicto ipse in Galliam reversus in villa Heristallio[y] hiemavit.

777.

DCCLXXVII. Rex prima veris adspirante[a] temperie[2] Noviomagum[3] profectus est[b] et post celebratam ibidem paschalis festi sollemnitatem[c] propter fraudulentas Saxonum promissiones, quibus fidem habere non poterat, ad locum[4], qui Padrabrunno[d] vocatur, generalem populi sui conventum in eo habiturus cum ingenti exercitu in Saxoniam profectus est. Eo cum venisset, totum perfidae gentis senatum ac populum, quem ad se venire iusserat, morigerum ac fallaciter sibi devotum invenit. Nam cuncti ad eum venerunt praeter Widokindum[e], unum ex primoribus Westfalaorum[f], qui multorum sibi facinorum conscius et ob id regem veritus[g] ad Sigifridum[h] Danorum
p. 159. re*gem profugerat. Ceteri[i], qui venerant, in tantum se regis potestati[k] permisere, ut ea condicione[l] tunc veniam accipere[m] mererentur, si ulterius sua statuta violarent, et[n] patria et libertate privarentur[o]. Baptizata est ex eis ibidem maxima multitudo, quae se[5], quamvis falso, christianam fieri velle promiserat. Venit eodem in loco ac tempore ad regis[p] praesentiam de Hispania[q] Sarracenus quidam nomine Ibin al Arabi[r] cum aliis Sarracenis sociis suis, dedens se ac civitates, quibus eum rex Sarrace-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
y) heristallio 2; harist. 3. 6; heristalli 8.
777. a) aspir. 3. 6. 7. 8. b) *deest* 3. c) sollempn. 3. 6. 7. 8. d) padrabrun 1; padabrunno 3; patherbrunno 6; padrabunno 7; pathalbrunnon 8. e) uuidichindum 1. 2; uuidikindum 3; uuitikindum 5; uuinichindum 6; uuindichinum 7; uuidokindus 8. f) uuestfalorum 3. 6. 7. g) ueritus regem 6. 7. h) sigefridum 2. 6; sifridum 8. i) caeteri 1. 2. 3. k) potestate 3. l) condit. 3. 6. 7. m) percipere 3. n) ut 3. 5. o) priuarent 1. 2; carerent 3. p) regis ad 6. 7. q) isp. 2; hysp. 7. r) ebinalarabi 7; ibin alarbi 8.

1) *Liv. XXI*, 61: praesidio Tarracone modico relicto *(M.)*. 2) *Cf. infra a.* 800. 811. 813. 820. 825 *(M.)*. 3) *Nymwegen*. 4) *Ann. Fuld.* 777: Et conventus in Saxonia habitus in loco, qui vocatur Padrabrunno. 5) *V. Kar.* 7: ut . . christianae religioni se subdere velle promitterent.

Et[t] celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur
778 *Apr.* 19. Dotciacum[u. 1], et pascha in Aquitania[v] in villa Cassinogilo[w. 2]. Et[x] inmutavit se numerus annorum in

778.

A. Laur. DCCLXXVIII.[3] Tunc domnus Carolus[a] rex iter peragens partibus Hispaniae[b] per duas vias; una per Pampilonam[c], per quam ipse supradictus magnus rex perrexit usque Caesaraugustam[d. 4]. Ibique venientes de partibus Burgundiae et Austriae[e] vel Baioariae[f] seu Provinciae[g] et Septimaniae[h] et pars Langobardorum; et coniungentes se ad supradictam civitatem ex utraque parte exercitus. Ibi obsides receptos de[i] Ibin al Arabi et de[k] Abutauro[l. 5] et de multis Sarracenis, Pampilona[m] destructa[n], Hispani[o] Wascones[p] subiugatos[q], etiam et Nabarros[r], reversus in partibus Franciae[s]

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
v) et Rex *A* 1. w) Doriacum *A* 1; in duciaco *B* 2; dortiacum *B* 4; Dociacum *B* 5; doctiacum *C* 3. x) equitania *D* 3. y) Cassiuogila *A* 1; casinogilo *B* 2. 5; cassinoilo *C* 3. z) anno domini nostri iesu christi *C* 3.
778. a) kar. *etiam* *B* 4. b) italiae *D* 1. c) pampilonem *A* 1. *D* 2 (?). 3; Pampaloniam *B* 5. d) cesaraug. *B* 1. *C* 3. e) austrasiae *B* 2. *C* 3. f) baioriae *D* 1. g) prouintiae *C*. *D* 1. h) Septimanae *A* 1. i) Derbanalambi *A* 1. k) Drabatauro *A* 1. l) abitauro *D* 2. m) pampilonea *B* 1; Pampalonia *B* 5. n) distructa *B* 1. *C* 1. 2. o) Hispanis *A* 1; hispania *B* 4; Hispanos *B* 5; hispanos et *C* 3. p) VVasonibus *A* 1; uuasconibus *B* 2. *D* 2; iniastones *B* 4. q) subiugatis *A* 1. *B* 2. *D* 2. r) nabarris *A* 1. *D* 2; nauarros *B* 4. s) frantiae *C* 2; in frantia *C* 3.

1) *Douzy prope Sedan.* 2) *Chasseneuil ad fluvium Clain prope Poitiers; Mühlbacher* 209 *a, Abel-Simson* 293, *n.* 3. 3) *Usque ad hunc annum puto priorem Annalium Petavianorum recensionem, qua auctor nostrorum usus est, pertinuisse. Sed in hoc anno nihil iam ex eis haustum est. Cf. 'Neues Archiv'* XX, 33. 4) *Saragossa.* 5) *Abu Taher quodam principe; Lembke* 345, *Abel-Simson* 298.

norum praefecerat. Idcirco rex peracto memorato conventu in Galliam[s] reversus[t] natalem Domini in Dutciaco[u] villa, pascha vero in Aquitania apud Cassinoilum[v] celebravit.*

778.

DCCLXXVIII. Tunc ex persuasione praedicti Sarraceni spem capiendarum quarundam in Hispania[a] civitatum haud frustra concipiens congregato exercitu[1] profectus est superatoque[2] in regione Wasconum Pyrinei[b] iugo, primo Pompelonem Navarrorum[c] oppidum adgressus[d] in deditionem accepit. Inde Hiberum amnem vado traiciens[3] Caesaraugustam praecipuam illarum partium civitatem accessit acceptisque, quos Ibin al Arabi[e] et Abuthaur[f] quosque alii quidam Sarraceni obtulerunt, obsidibus Pompelonem revertitur. Cuius muros[g], ne rebellare posset, ad solum usque destruxit ac regredi statuens Pyrinei[b] saltum ingressus est. In cuius summitate Wascones[h] insidiis conlocatis[i] extremum agmen adorti totum exercitum magno (*Aug.* 15.)
tumultu perturbant[k]. Et licet Franci Wasconibus tam armis quam animis praestare[4] viderentur, tamen et iniquitate locorum et genere inparis pugnae[5] inferiores effecti sunt. In hoc certamine plerique aulicorum, quos rex copiis praefecerat, interfecti sunt, direpta impedimenta et hostis propter notitiam[l] locorum statim in diversa dilapsus est. Cuius vulneris accepti[m] dolor magnam partem

*) In qua villa natus est ei filius ex Hildegarde regina, quem ex sacro fonte Hludovicum nominaverunt *add. M. Freher ex codice quodam Germanensi, qui nunc latet.*

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
s) gallia 1. t) conuersus 6. 7. u) duciaco 3; ducciaco 7. v) cassinoillum 1. 6. 7. 778. a) hysp. 7. b) pirenei 3; pirynei 6; pyrenei 8. c) nauarnorum 3; nauarorum 7. d) aggr. 3. 6. 7. e) ibinalarbi 8. f) abutahur 7. g) murum 3. h) uuasc. summ 6. 7. i) colloc. 3. 6. 7. k) perturbabant magno tumultu 3. 5. l) noticiam 3. 6. 7. m) accepti *codd.*; accepti recordatio *Nuenarius*, accepti dolor *Freher*, acceptio *Pertz*.

1) *Ann. Fuld.* 778: Carlus cum exercitu ... Pampilonem urbem destruit. 2) *Vita Karoli* 9: Hispaniam ... adgreditur; saltuque Pyrinei superato, omnibus .. oppidis .. in deditionem acceptis ... revertitur, ... in ipso Pyrinei iugo ... Wascones in summi montis vertice positis insidiis ... extremam impedimentorum partem et eos, qui novissimi agminis incedentes subsidio praecedentes tuebantur, desuper incursantes ... omnes interficiunt ac direptis impedimentis ... summa cum celeritate in diversa disperguntur ... Francos et armorum gravitas et loci iniquitas .. Wasconibus reddidit impares. In quo proelio Eggihardus regiae mensae praepositus ... cum aliis conpluribus interficiuntur. Neque hoc factum .. vindicari poterat, quia hostis .. dispersus est. 3) *Cf. Liv. XXI*, 5: amnem (*scil.* Hiberum) vado traiecit (*M.*). 4) *Cf. Iust. IX*, 2: Cum virtute et animo praestarent Scythae (*M.*). 5) *Cf. Tac. Ann. II*, 21: genere pugnae et armorum superabantur (*M.*).

Et cum audissent Saxones, quod domnus Carolus[t] rex et Franci tam longe fuissent partibus Hispaniae, per suasionem supradicti[u] Widochindi[v] vel[w] sociorum eius secundum consuetudinem malam iterum rebellati sunt[x]; et nunciatum[y] est hoc domno[z] regi Carolo[a] ad[b] Autosiodorum[c, 1] civitatem. Tunc praedictus domnus rex mittens scaram Franciscam[d], ut sub velocitate festinaret ad resistendos[e] supradictos Saxones: sed illi rebelles ad Renum[f] usque Diuciam[g, 2] pervenerunt, tunc praedantes secus Renum[h] et multas malicias[i] facientes, ecclesias[k] Dei incendentes in sanctemonialibus[l], et quod fastidium generat enumerandi[m]. Et cum subito audientes de reversione domni Caroli[n] regis et de scara eius, quam misit obviam illis, tunc a Saxonibus dimisso Reno[o], reversi sunt per Logenehi[p, 3] partibus Saxoniae; et scarae Francorum non occurrerunt obviam eis, sed vestigium eorum[q] observantes consecuti sunt eos super fluvium, cuius vocabulum est Adarna[r, 4] in loco, qui dicitur Lihesi[s, 5]. Ibi pugna incepta et valde[t] bene finita, auxiliante Domino Franci victores extiterunt; et multitudo Saxonum ibi occisi sunt et[t] fugientes cum magno[v] contumelio reversi sunt Saxoniam[w].

Et celebravit supradictus[x] clementissimus rex natalem Domini in villa[x], quae dicitur Haristallio[z], et
779 Apr. 11. pascha similiter. Et inmutavit se[a] numerus anhorum in

*779. *p. 150

DCCLXXVIIII.[a] Tunc domnus Carolus rex iter peragens partibus Niustriae[b] et[c] pervenit[d] usque in villa[e], quae dicitur Conpendio[f], et tunc iterum revertendo partibus Austriae[g], obtulit se Hildebrandus[h] dux

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

t) karolus *etiam* *B* 4. u) saepedicti *A* 1. v) Vindekindi *A* 1; uuidokindi *corr.*-kingi *B* 1; suadente uuidichindo *B* 2; uuithochindi *B* 4; VVitigingi *B* 5; uuidukindo tyrannidi nitente *D* 2; uuidichindi *D* 3. w) et *A* 1. x) rebellarent *A* 1; rebellauerunt *B* 5. *D* 1. y) nuntiatum *B* 1. *C* 2. 3. *D* 1. z) domni *C* 1. 2; *deest* *C* 3. *D* 3. a) karolo *etiam* *B* 4; kar. regi *C* 3. *D* 1. b) apud *A* 1. c) Annosiodorum *A* 1; autissiodoro *B* 2; autisiodorum *B* 4. 5. *C* 3; authisiodorum *D* 1; autosiod. *corr.* autisiod. *D* 3. d) Francorum velociter et festinanter *A* 1. e) ad resistendum supradictis saxonibus *A* 1. f) hrenum *C* 1. 2; rhenum *C* 3. g) Diucam *A* 1; diuiciam *B* 1; duciam *B* 2; duritiam *corr.* durentiam *B* 4; Duitiam *B* 5; diutiam *C* 1. 2; diutium *C* 3; diutiam *corr.* dutiam *D* 1. h) hrenum *C* 1. 2; rhenum *C* 3. i) malitias *B* 4. *C* 2. 3. *D* 1. k) aecclesias *B* 4. *C* 3. *D* 3. l) in sanctimoniales grassati, quod *A* 1; sanctimonialibus *C* 3. *D*; sanctaemon. *B* 4. *C* 1. 2. m) numerandi *C* 3. *D* 3. n) karoli *etiam* *B* 4. o) rheno *A* 1. *C* 3; hreno *C* 1. 2. p) Longenhri *A* 1; longenehi *B* 4; Longeuehi *B* 5; logene in *C* 1. 2; lingonem *C* 3; loinahi *D* 1; loginahi *D* 3. q) ipsorum *A* 1. r) adarnia *B* 4; adarnah *C* 3. s) liesi *B* 4. *D* 1. 2; liesv *D* 3. t) *deest* *C* 3. *D* 3. u) occisa, et reliqui *A* 1. v) magna contumelia *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D*. w) in Sax. reu. sunt *A* 1. x) *deest* *B* 4. *C* 3. *D* 3. y) v. q. dic. *desunt* *D* 3. z) Haristalhio *A* 1; heristellio *B* 2; Haristallio *B* 5. a) inmutatus est *C* 3.

779. a) DCCLXXVIII. *B* 1. b) niustriae *corr.* austriae *D* 3. c) *deest* *C* 3. *D* 3. d) peruenerunt in *A* 1. e) uillam *D*. f) Compendium *A* 1. g) Austrasiae *B* 5; austris *D* 1. h) hittibrandus *D* 3.

1) *Auxerre.* 2) *Deutz.* 3) *Lahngau.* 4) *Eder.* 5) *Leisa.*

rerum feliciter in Hispania[n] gestarum in corde regis obnubilavit.

Interea[1] Saxones velut occasionem nancti[o] sumptis armis ad Rhenum[p] usque profecti sunt. Sed cum amnem traicere non possent, quicquid a Diutia civitate usque ad fluenta[q] Mosellae vicorum villarumque fuit, ferro et igni[r] depopulati sunt. Pari modo sacra profanaque pessumdata; nullum aetatis aut sexus discrimen ira hostis fecerat[2], ut liquido appareret, eos non praedandi, sed ultionem[s] exercendi gratia Francorum terminos introisse. Cuius rei nuntium cum[t] rex apud Autesiodorum[u] civitatem accepisset, extemplo[v] Francos orientales[w] atque Alamannos ad propulsandum hostem festinare iussit. Ipse ceteris[x] copiis dimissis Heristallium[y] villam, in qua hiemare constituerat, venit. At Franci et Alamanni, qui contra Saxones missi erant, magnis itineribus ad eos ire contendunt, si forte in finibus suis eos invenire possent. Sed illi iam re peracta revertebantur ad sua. Quorum vestigia secuti[z], qui a rege missi fuerunt[a], in pago Hassiorum* super fluvium Adernam iter agentes invenerunt[b] eosque statim in ipso fluminis vado adorti tanta strage ceciderunt[c], ut ex ingenti multitudine ipsorum vix pauci domum fugiendo[d] pervenisse dicantur.

*779.

*p. 161.

DCCLXXVIIII. At rex de Heristallio[a], ubi hiemaverat et ubi natalem Domini ac sanctum pascha celebraverat, prima veris temperie movens Compendium[b] venit. Et cum inde peracto, propter quod venerat, negotio[3] revertisset[c], occurrit ei Hildibrandus[d] dux Spolitinus[e] cum magnis muneribus

*) In Baddanfeldun *E* 8.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
n) in inspania 2; in hysp. 7. o) nacti 3. 6. p) renum 3. q) fluentem 1. 2. 6. 7. r) igne 3. s) ultione 6. 7. t) nuntium rex . . . cum accepisset 3 *(non 5)*. u) autesioderum 3; autisiodorum 6. 7. v) exemplo 1; extimplo 3. 6. 7. w) orient. francos 6. 7. x) caeteris 1. 2. 6. y) heristalium 7. z) sequuti 1. 2. a) fuerant 6. 7. b) repperunt 3. 5. c) ciciderunt 3. d) fuendo 1. 2.
779. a) heristalio 2. b) compedium 1. c) reuerteretur 3. 5. d) hildebrandus 2. 3. 7. e) spolitanus 3. 7; spoletanus 8.

1) *Ann. Fuld.* 778: Interea Saxones . . Francorum terminos . . ferro et igni devastant. 2) *Cf. Tac. Ann. I,* 51: non sexus non aetas miserationem attulit: profana simul et sacra . . solo aequantur; *et Liv. XXI,* 15: vix ullum discrimen aetatis ira fecerat *(M.)*. 3) *Cf. Transl. Marc. et P.* 2: peracto, propter quod venerat, negotio *(D.)*.

Spolitinus[i] cum multa munera[k] in praesentiam[l] supradicti[m] magni regis in villa, quae vocatur Virciniacum[n. 1].

A. Murb. et Laur. Et[2] fuit sinodus[o] in villa nuncupantem[p] Duria, et iter peractus est[q] partibus Saxoniae. Ad Lippeham[r. 3] transitur[s] Renus[t] fluvius, et Saxones voluerunt resistere in loco, qui dicitur Bohholz[u. 4]; auxiliante Domino non praevaluerunt, sed abinde fugientes reliquerunt omnes firmitates eorum. Et Francis aperta est via, et introeuntes in Westfalaos[v] et conquisierunt[w] eos omnes; reliqui, qui ultra Wisora[x] fuerunt, cum se iunxisset domnus Carolus[y] rex ad locum, qui dicitur Medofulli[z. 5], ibi dederunt obsides et deinde[a] sacramenta firmantes. Et tunc reversus est suprascriptus[b] gloriosus rex in Francia[c].

Et celebravit natalem Domini in Wormatiam[d] civi-
780 *Mart. 26.* tatem et pascha similiter. Et[e] inmutavit se numerus annorum in

780.

A. Laur. DCCLXXX. Tunc[6] domnus Carolus[a] rex iter peragens

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
i) Spoletanus *A* 1; spolitanoram *B* 2; spolitanus *B* 4. 5. *C* 3. *D* 3. k) multis muneribus *A* 1. *B* 2 (*omisso* multis). *C* 3. *D*. l) praesentia *A* 1. *B* 5. *D* 1. m) *deest* *A* 1. *C* 3. *D* 3. n) Viraniacum *A* 1; uuirciniacum *B* 4. *C* 3; ircin. *D* 3. o) synodus *A* 1. *B* 5. *C*. p) quae dicitur *A* 1; noncupantem *corr.* que noncupatur *B* 4; nuncupante *C* 1. 2. *D* 1; nuncupata *D* 3. q) peregit *A* 1. *D* 3; actum est *B* 1; peractum est *D* 1. r) lippam *B* 2; lipeam *B* 4; lippeam *C* 1. 3. *D* 1; lippiam *C* 2. s) transito *A* 1. *C* 3; transitu *B* 1. *C* 1. 2; transitu *corr.* transitur *B* 4; transitus *D* 1; tr. R. fl. *desunt* *D* 3. t) Rheno flumine *A* 1; runis *corr.* reni *B* 4; hrenus *C* 1. 2; reno fluuio *C* 3. u) Buoholz *A* 1; bohholt *B* 1; buochol *B* 2; bohhot *B* 4; Bothslotz *B* 5; bocholz *C* 3; bobholz *D* 1; hohbolz *D* 2; bohholtz *D* 3. v) VVestualahos *A* 1; -faluos *B* 1. 4; -faluuos *B* 2; -faelos *B* 5; -faloos *C* 1. 2; -falos *D* 3. w) conquesierunt *B* 1. *D* 3. x) Vuisore *A* 1; *deest* *B* 1; uuisaram *B* 2; uuisoram *B* 4. *C* 3. *D* 3. y) karolus *etiam* *B* 4. z) Medofuldi *A* 1; mediofalli *B* 4; Mediofulli *B* 5; medofolli *C* 2. a) dein *A* 1; denuo *B* 1; de *B* 4. b) *deest* *C* 3. *D* 3. c) franciam *A* 1. *B* 2. 4; frantia *C* 2; frantiam *C* 3. *D* 3. d) uuormatia ciuitate *A* 1. *B* 2. *D* 3; uuarmatiam *B* 4; uurmatiam *B* 5. *D* 1. e) anno domini *C* 3.
780. a) karolus *etiam* *B* 4; carolus *etiam* *C* 2.

1) *Verzenay prope Reims.* 2) *Ann. Guelferb.* 779: Mai campus ad Dura; *Ann. Lauresham.:* Carlus rex iterum in Saxonia usque ad fluvium Wisaraha, et Saxones pacificati dextras et obsides dederunt. *Ann. Petavianos abhinc a nostris pendere equidem existimo.* 3) *Ad confluentes Lippiae et Rheni; cf. Simson, 'Jahrb. Karls d. Gr.' II, Excurs II.* 4) *Bocholt ad fluviolum Aa e septentrionali parte urbis Wesel.* 5) Mid-ufulli (*= Mittel-Uffeln) hoc nomen legendum esse Wippermann, 'Beschreibung des Bukkigaus'* (1859), *probare studuit; quem Förstemann, Oesterley, Mühlbacher, secuti sunt. At nomen non* Miduffuli, *sed* Midufulli *sive* Medofulli *scribitur, i. e.* Metfülle, *loco fortasse propter mellis copiam datum. Locus, qui secundum annales retractatos ad Wisoram situs fuisse videtur, non iam exstat; cf. Abel-Simson* 335. 6) *Ann. Lauresham.* 780: Domnus rex Carlus perrexit iterum in Saxonia . . et pervenit usque ad fluvium magnum Heilba (*Ann. Mosell.* Albeha); . . . divisitque ipsam patriam . . . nec non et Winidorum . . . multitudo credidit.

in villa Wirciniaco. Quem et benigne[f] suscepit et muneribus donatum in ducatum suum remisit.

Ipse animo ad Saxonicam expeditionem intento[1] Duriam venit habitoque iuxta morem generali conventu Rhenum[g] in eo loco, qui Lippeham[h] vocatur, cum exercitu traiecit. Cui cum Saxones in quodam[i] loco, qui Buocholt[k] vocatur, vana spe[2] ducti resistere temptarent, pulsi fugatique[l] sunt. Et rex Westfalaorum[m] regionem ingressus omnes eos in deditionem accepit. Inde ad Wisuram veniens castris positis in loco nomine Midufulli stativa per aliquot dies habuit[3]. Ibi Angrarii[n] et Ostfalai[o] venientes et obsides dederunt et sacramenta iuraverunt. Quibus peractis rex trans Rhenum[p] Wormaciam[q] civitatem in hiberna se recepit.

780.

DCCLXXX. Inde, cum primum temporis oportunitas adridere[a] visa est, iterum cum magno exercitu Saxoniam

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
f) Quem benignissime 3. 4. 5. g) renum 3. h) lippehan 2; lippheam 3; lippiam 6; lippia 7. i) eo 6. 7. k) bocholt 8. l) fagatique 1; fatigatique 7. m) uuèstfalorum 3. 6; westualorum 7; uuestfalos 8. n) angarii 2; angarios 8; ungarii 3. 5. o) ostfalhos 8. p) renum 3. 6. q) uuormatiam 3. 7.
780. a) arrid. 3. 6. 7.

1) *Cf. infra* 824: ad expeditionem . . . animo intento *(D.)*. 2) *Cf. V. Kar.* 14: vana spe inflatus *(D.)*. 3) *Cf. Liv. XXII*, 9: ibi per dies aliquot stativa habita, *et infra* 808. 810. 815. *(M.)*

ad disponendam Saxoniam ad Eresburgum[b] pervenit et inde ad locum, ubi Lippia consurgit, ibique synodum[c] tenens. Inde iter peragens partibus Albiae[d] fluvii, et in ipso itinere omnes Bardongavenses[e, 1] et multi de Nordleudi[f, 2] baptizati sunt in loco, qui dicitur Orhaim[g], *A. Laur.* ultra Obacro[h] fluvio. Et pervenit usque ad supradictum fluvium, ubi Ora[i, 3] confluit in Albia[k]; ibique omnia[l] disponens tam Saxoniam[m] quam et Sclavos, et[n] reversus est supradictus praeclarus rex in Francia[o].

Tunc sumpto consilio, ut iter perageret orationis causa[p] partibus Romae, una cum uxore sua domna Hildegarde[q] regina. Et celebravit natalem Domini in Papiam[r] civitatem. Et inmutavit se numerus annorum in

781.

A. Laur. DCCLXXI. Et[a] supradictum iter peragens celebravit pascha in Roma. *Apr. 15.* Et ibi baptizatus est domnus[b] Pippinus, filius supradicti[c] domni[b] Caroli[d] magni[e] regis, ab Adriano[f] papa, qui et ipse eum de sacro fonte suscepit; et duo filii supradicti[g] domni Caroli[d] regis uncti[h] sunt in regem[i] a supradicto pontifice, hi sunt domnus Pippinus et domnus Hludowicus[k] reges[l], domnus Pippinus rex in Italiam et domnus Hludowicus[m] rex in Aquitaniam[n]. Et inde revertente domno Carolo[d] rege, Mediolanis[o, 4] civitate[p] pervenit, et ibi baptizata est filia eius domna Gisola[q] ab archiepiscopo nomine Thoma[r, 5], qui et ipse eam a sacro baptismo[s] manibus suscepit. Et ab inde[t] reversus est in Franciam[u].

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
b) aeresburgum *B* 1. *C* 1. *D* 1. 3; heresburgh *B* 2; Heresburg *B* 5; heresburgum *C* 3. c) sinodum *B* 1. *D* 1. 3. d) ad aluiam fluuium *B* 2. e) Bardoganenses *A* 1; Bargengauenses *B* 5; lardongauenses *C* 3. f) Nordilendis *A* 1; nortliudis *B* 2; Nortlendi *B* 5; nortleudi *D* 1; nortelendi *D* 3. g) Orcheim *A* 1; horheim *B* 2; orahim *B* 4; orthaim *D* 1. h) obacrum fluuium *A* 1. *B* 2. *C* 3; obaccro *C* 1. i) iora *B* 2; bra *B* 4. k) albiam *A* 1. *B* 4. l) ibi omnia *A* 1; ibi omniaque *B* 1. *D* 1 (?). m) Sclauoniam quam Saxoniam *A* 1. n) *deest* *A* 1. *C* 3. *D* 1. o) franciam *A* 1. *B* 2. *C* 3. *D*; frantiam *B* 4; frantia *C* 1. 2. p) causae *B* 1; causę *corr.* causa *C* 1. q) hildegarda *B* 2. *D* 3; hildigarda *C* 1. 2. r) papia ciuitate *A* 1. *B* 2. *C*. *D* 3.
781. a) Et Rex Carolus *A* 1. b) *deest* *A* 1. *D* 3. c) *deest* *A* 1. *C* 2. *D* 3. d) kar. *etiam* *B* 4. e) *deest* *B* 4. *D* 3. f) hadriano *B* 4. 5. g) *deest* *B* 4. *C* 3; supratitulati *D* 3. h) uncti *A* 1. *B* 5. *C*. *D* 3. i) reges *A* 1. *B* 5. *C* 3. k) Lodouicus *A* 1; ludouuicus *B* 2; ludouicus *B* 4; hludouicus *B* 5. *C* 3; hlodouuicus *D* 1. 3. l) reges — Hlud. *desunt* *A* 1. m) hludouicus *B* 4. 5. *C* 3; hlodouuicus *D* 1. 3. n) aquitania *A* 1. *B* 4. *D* 1; equitania *D* 3. o) mediolanum *A* 1. *B* 2; Mediolanii *B* 5. p) ciuitatem *A* 1. *D* 3. q) Gistola *A* 1; gisla *B* 2. *D* 1; Ghisla *B* 5. r) Dioma *A* 1. s) baptismate *B* 1; fonte *B* 2. 4. 5. *D* 3. t) inde rex karolus *D* 3. u) frantiam *C* 1. 2.

1) *Incolae pagi Bardengau in sinistra ripa Albis circa vicum Bardowiek prope Lüneburg siti.* 2) *I. e. Saxonibus Transalbianis.* 3) *Ohre.* 4) *Mailand.* 5) *Qui sedit* 759—783.

profectus est transiensque per castrum Eresburgum[b] ad fontem Lippiae[c] venit, ubi castrametatus per aliquot dies moratus est. Inde ad orientem itinere converso ad Ovaccrum[d] fluvium accessit. Cui cum ibi omnes[e] orientalium partium Saxones, ut iusserat, occurrissent, maxima eorum multitudo in loco, qui Orheim[f] appellatur, solita simulatione baptizata est. Profectus inde ad Albiam castrisque in eo loco, ubi Ora[g] et Albia confluunt, ad habenda stativa conlocatis[h] tam ad res[1] Saxonum, qui citeriorem, quam et Sclavorum, qui ulteriorem fluminis ripam incolunt, conponendas operam inpendit; quibus tunc pro tempore ordinatis atque dispositis in Franciam reversus est.

Initoque consilio orandi ac vota solvendi causa Romam statuit proficisci sumptisque secum uxore ac liberis sine mora in Italiam[i] profectus est celebravitque natalem Domini Ticeni[k] atque ibi residuum hiemis manendo complevit[l].

781.[a]

DCCLXXXI. Inde Romam veniens honorifice ab Adriano[b] papa susceptus est. Et cum ibi sanctum pascha celebraret, baptizavit idem pontifex[2] filium eius Pippinum unxitque eum[c] in regem. Unxit etiam et Hludowicum[d] fratrem eius; quibus et coronam inposuit[e]. Quorum maior, id est Pippinus, in Langobardia[f], minor vero, id est Hludowicus[g], in Aquitania rex constitutus est. Rege vero Roma digresso ac Mediolanum veniente Thomas eiusdem urbis archiepiscopus[h] baptizavit ibi filiam eius nomine Gislam et de sacro fonte suscepit. Quibus gestis in Franciam reversus est.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8).
b) ereburgum 6; eresburg 8. c) lyppia 8. d) *ita* 8; ouacrum 1—7. e) omnium 3. 5. f) horheim 7. g) hora 3. 7. h) colloc. 3. 6. 7. i) in italia 1. 2. k) ticini 3. 6. 7; ticinensem 8. l) hiemis mansit 3. 5.
781. a) *hic annus deest* 8. b) hadriano 1. c) *deest* 3. d) hludeuuicum 1. 2. 3; ludeuuicum 6. 7. e) impos. 2. 3. 6. f) longob. 6. 7. g) hludeuu. 1; ludeuu. 6. 7. h) episcopus 3. 4 *(non 5)*.

1) *Ann. Fuld.* 780: dispositisque tam Saxonum quam Sclavorum rebus. 2) *Ibid.* 781: Pippinus . . baptizatus ab A. pontifice, a quo et ipse et frater eius Hl. uncti sunt in reges.

Et tunc[1] missi sunt duo missi ab apostolico supradicto, hi sunt Formonsus[v] et Da*masus[w] episcopi, ad Tassilonem[x] ducem una cum missis domni regis Caroli[y] his[z] nominibus: Riculfum[a] diaconem[b, 2] et Eborhardum[c] magister[d] pincernarum, ad commonendum et contestandum, ut reminisceret[e] priscorum sacramentorum suorum et ut non aliter faceret, nisi sicut[f] iureiurando iam dudum promiserat ad partem[g] domni[h] Pippini[i] regis et domni Caroli[k] magni regis vel[l] Francorum. Et tunc consensit Tassilo[m] dux Baioariorum, ut sumptos obsides a domno rege Carolo et tunc ad eius veniret praesentiam; quod et domnus praefatus rex non rennuit[n]. Et *p. 162

A. Laur. coniungens se supradictus dux in praesentiam piissimi regis ad Wormatiam[o] civitatem, ibi renovans sacramenta et dans duodecim obsides electos, ut omnia conservaret, quicquid domno Pippino[p] regi iureiurando promiserat in causa supradicti domni Caroli[q] regis vel fidelium suorum; qui et ipsi obsides recepti sunt in Carisiacum[r] villa de manu Sinberti[s] episcopi[3]. Sed non diu praefatus dux Tassilo promissiones, quas fecerat, conservavit.

Et celebravit domnus gloriosus praedictus[t] rex natalem Domini in supradicta villa[u] Carisiacum[v] et[w]

782 Apr. 7. pascha similiter. Et[x] inmutavit se numerus annorum in

782.

A. Laur. DCCLXXXII. Tunc domnus Carolus[a] rex iter peragens, Renum[b] transiens[c] ad Coloniam et synodum[d] tenuit, ubi Lippia[e] consurgit; ibique omnes Saxones ve-

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

v) formosus *B* 2. *D* 1. w) Damansus *A* 1. x) Tnassilonem *abhinc semper A* 1; tasilonem *C* 2; tessilonem *D* 3. y) caroli regis *A* 1. *B* 1; karoli *etiam B* 4. z) scilicet Rich. *A* 1; hi sunt *C* 3. a) Richolfus *A* 1; siculfo *B* 2; ricolfus *C* 3; ruculfum *D* 3. b) diaconus *A* 1. *C* 3; capellano *B* 2; diaconum *C* 2. c) Eberhartus *A* 1; euuardo *B* 2; eberaldum *B* 4; heborhardus *C* 3. d) munere Pincernario *A* 1; magistro *B* 4. *C* 2; magistrum *D*. e) reminisceretur *A* 1. *D* 1. f) ut *A* 1. *D* 3. g) ad p. *desunt D* 1. h) domni — et *desunt D* 3. i) pipinni *D* 1; *ita abhinc semper.* k) karoli *etiam B* 4. l) *deest A* 1. *C* 3. *D* 3. m) tesilo *D* 3. n) renuit *A* 1. *D* 1. o) uuormaciam *B* 1; uuarmatiam *B* 4; uurmaciam *B* 5. *C* 1; uurmatiam *C* 2. *D* 1; uurmaticam *D* 3. p) pipino *A* 1. *B* 4. *D* 3. q) karoli *etiam B* 4. r) Carisiaca *A* 1. s) Simberti *A* 1; de manus ingberti *B* 4; sub manus imberti *C* 3. t) praed. glor. *A* 1; *deest C.* u) ciuitate *A* 1. v) Carisiaca *A* 1; carisiaco. *B* 2. 5. *C* 3. w) et p. sim. *desunt C* 3. x) anno domini *C* 3.

782. a) karolus *etiam B* 4; carolus *etiam C* 2. b) R. tr. *desunt A* 1; rhenum *B* 2. *C* 3; hrenum *C* 1. 2. c) pertransiens *C* 3. *D* 3. d) sinodum *B* 2. 4. *D* 1. e) lippa *B* 2; lyppia *D* 3.

1) *De hac legatione iam Romae inter regem et papam convenisse in annalibus rescriptis traditur*; *cf. Mühlbacher nr.* 236 *a, Abel-Simson* 382. 2) *Postea archiepiscopum Mogontiacensem* (787—813); *qui forsitan horum annalium (usque ad a.* 795.*) auctor fuerit.* 3) *Ratisbonensis* (756—791).

*p. 163. Sed *cum Romae esset, convenit inter ipsum atque Adrianum[i] pontificem, ut simul legatos mitterent ad Tassilonem ducem Baioariae[k, 1], qui eum commonerent de sacramento, quod Pippino regi et filiis eius ac Francis iuraverat, scilicet ut subiectus et obediens[l] eis esse deberet[m]. Electi ac directi sunt in hanc legationem de parte pontificis Formonsus[n] ac Damasus episcopi et de parte regis Richolfus[o] diaconus atque Eburhardus[p] magister pincernarum. Qui cum, ut iussi erant, cum[q] memorato duce locuti[r] essent[s], in tantum cor eius emollitum est, ut diceret, se statim velle ad regis properare praesentiam, si sibi tales obsides dentur[t], sub quibus de sua salute dubitare nulla sit necessitas. Quibus datis sine cunctatione apud Wormaciam[u] ad regem venit, sacramentum[v], quod iubebatur, iuravit[v], obsides duodecim, qui imperabantur, sine mora dedit; quos Sindbertus[w], Reginensis[x] episcopus de Baioaria, in Carisiaco ad conspectum regis adduxit. Sed idem dux domum reversus non diu in ea, quam promiserat, fide permansit. Rex autem in eadem villa hiemem transiens[y] et natalem Domini et pascha eodem in loco[z] celebravit.

782.

DCCLXXXII. Aestatis initio, cum iam propter pabuli copiam[2] exercitus duci poterat, in Saxoniam eundum et ibi, ut in Francia quotannis solebat, generalem conventum habendum censuit. Traiectoque apud Coloniam Rheno[a], cum omni Francorum exercitu ad fontem Lippiae[b] venit, et castris positis[c], per dies non paucos ibidem

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
i) hadrianum 1. 2. k) baioariae ducem 1. 2. l) obędiens 2. 3. 6; obediens 7. m) subiectus eis esset et obediens 3. 4. 5. n) formosus atque damasius 7. o) ricolphus 3; ricolfus 6. p) eberhardus 1. 7. q) commemorato duci 3. (4.) 5. r) loquuti 1. 2. s) fuissent 3. (4.) 5. t) dentur obsides 3. 4 *(non 5)*. u) uuormatiam 2. 7. v) sacram. quod iub. iur. *desunt* 1. w) sindberdus 1. x) regnensis 7. y) transigens 1. 6. z) in loco eodem 3.-7.
782. a) reno 3. b) lyppia 8. c) ibi pos. 3.

1) *Ann. Fuld.* 781: Tassilo dux Baioariae . . . apud Wormaciam . . subiectionis fidem facit, honorifice remissus ad sua. 2) *Caes. de b. Gall. II,* 2: inita aestate . . . cum primum pabuli copia esse inciperet *(M.)*.

nientes, excepto rebellis[f] Widochindus[g]. Etiam illuc convenerunt Nordmanni[h] missi Sigifridi[i] regis, id est Halptani[k] cum sociis suis; similiter et Avari illuc convenerunt, missi a cagano et iugurro[l]. Ibi peracto placito reversus est domnus Carolus[m] rex in Franciam.

A. Laur. Et cum reversus fuisset, statim iterum Saxones solito more rebellati sunt, suadente Widochindo[n]. Et ignorante hoc domno Carolo[m] rege, misit missos suos Adalgisum[o] et Gailonem[p] atque Woradum[q], ut moverent exercitum Francorum et Saxonum super Sclavos paucos, qui rebelles fuerant[r]. Et supranominati missi in via audientes, quod Saxones rebellati fuissent[s], coniungentes supradictam scaram, inruerunt[t] super[u] Saxones et nullum mandatum exinde fecerunt domno Carolo[m] regi[v]. Et commiserunt bellum cum Saxonibus; et fortiter pugnantes et multos Saxones interimentes[w] victores extiterunt[x] Franci[1]. Et ceciderunt ibi duo ex ipsis *missis, Adalgisus[y] et Gailo[z], *p. 164. in monte, qui dicitur Suntdal[a, 2].

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

f) rebelle *A* 1. *C* 3. *D* 1. 2. g) Vindikinde *A* 1; uuidichindus *B* 2; Witikingo *B* 5; uuidochindis *C* 3; uuidokhindo *C* 3; uuidochindo *D* 1; uuiduchindo *D* 2; iuudichindus *D* 3. h) Postlimani *A* 1; nortmannorum *B* 2; Nortmanni *B* 5; nortmani *D* 1; northmanni *D* 3. i) Sifridi *A* 1; godefridi *B* 2; sigifredi *B* 4. *C* 1. 2; sygefridi *C* 3. k) Halbdani *A* 1; altdeni *B* 2; haltoni *B* 4; halpdan *C* 1. 2; alptam *C* 3; haltani *D* 1; halpdani *D* 2. l) Vigerio *A* 1; Vigurro *B* 5; iugurto *C* 3; iugurno *D* 1. m) karl. *etiam* *B* 4. n) Vindekindo *A* 1; uuidichindo *B* 1. 2; uuidodundo *B* 4; uuidekindo *C* 3; iuudochindo *D* 3. o) adalghisum *B* 1. 5; adalgysum *C* 3. p) Algonem *A* 1; geilonem *B* 2; uuailonem *B* 4; gaylonem *C* 3; galonem *D* 1; gaiolonem *D* 3. q) conradum *B* 2. r) fuerunt *A* 1. s) rebellassent *A*. *B* 2. *D* 1. t) irruerunt *A* 1. *D* 3. u) in *A* 1. v) rege *B* 1. w) interementes *B* 1. *C* 1. 2. x) extitere *A* 1. y) adalgysus *C* 3. z) geilo *B* 2; gaylo *C* 3. a) Suntal *A* 1; sundal *B* 1; sumptdal *D* 1; sundtal *D* 2; siimptal *D* 3.

1) *De hac victoria sententiae inter se dissident; cf. Abel-Simson* 430 *sq.*
2) *Süntel, quo nomine tunc omnes in dextra ripa Wisorae montes inter oppida Hameln et Minden siti significabantur.*

moratus est. Ubi[1] inter cetera negotia etiam legatos[d] Sigifridi regis Danorum, et quos ad se[e] Caganus[f] et Iugurrus[g] principes Hunorum velut pacis causa miserunt, et audivit et absolvit.

Cumque conventu completo trans Rhenum in Galliam se recepisset, Widokindus[h], qui ad Nordmannos[i] profugerat, in patriam reversus vanis spebus Saxonum animos ad defectionem concitavit. Interea regi adlatum[k] est, quod Sorabi Sclavi, qui campos inter Albim[l] et Salam interiacentes[2] incolunt, in fines Thuringorum[m] ac Saxonum, qui eis erant contermini[3], praedandi causa fuissent ingressi et direptionibus atque incendiis quaedam loca vastassent. Qui statim accitis ad se tribus ministris suis, Adalgiso camerario[n] et Geilone comite stabuli et Worado comite palatii, praecepit, ut sumptis secum orientalibus Francis atque Saxonibus contumacium Sclavorum audaciam quanta potuissent[o] celeritate conprimerent. Qui cum iussa facturi Saxoniae fines ingressi fuissent, compererunt Saxones ex consilio Widokindi[p] ad bellum Francis inferendum esse praeparatos[q]; omissoque itinere, quo ad Sclavos ituri erant, cum orientalium Francorum copiis ad locum, in quo Saxones audierant congregatos, ire contendunt. Quibus in ipsa Saxonia obviavit Theodericus comes, propinquus regis, cum his copiis, quas audita Saxonum defectione raptim in Ribuaria congregare potuit. Is[r] festinantibus legatis consilium dedit, ut primo per exploratores[4], ubi Saxones essent vel quid apud eos ageretur, sub quanta fieri posset celeritate cognoscerent, tum, si loci qualitas
*p. 164. pateretur, simul eos adorirentur. Cuius con*silio conlaudato una cum illo usque ad montem, qui Suntal[s] appellatur, in cuius septentrionali latere Saxonum castra erant posita, pervenerunt. In quo loco cum Theodericus[t]

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
d) legatis 1. 2. e) ad se *desunt* 2. 6. f) kaganus 3. g) iugurgus 8. h) uuidikindus 3; uuidocindus 7; uuidukindus 8. i) nordmannos 1; nordm. *corr.* norm. 2; nordom. 7; normanorum 8. k) allatum 3. 6. 7. l) albino 1; albin 3. m) turing. 3. 6. n) cam. suo 6. 7. o) possent 3. p) uuiduk. 1. 2. 7. 8; uuidik. 3. q) paratos 3. 7 r) His 3 *(non 5)*. s) sunttal 2; sultal 6. t) teoder. 6.

1) *Ann. Fuld.* 782: Ubi ad eum venerunt missi S. r. Danorum ..., missi quoque Hunorum, ... Quibus auditis atque dimissis ... 2) *Cf. Liv. XXI,* 30: campum interiacentem Tiberi ac moenibus Romanis *(M.).* 3) *Cf. V. Kar.* 11: Baioariis ab oriente contermini, *et Tac. Germ.* 36, *Ann. III,* 45 *(M.).* 4) *Cf. Vell. II,* 112, 5: per exploratores, ubi hostis esset, cognoscerent *(M.).*

Hoc audiens domnus Carolus[b] rex una cum Francis, quos sub celeritate coniungere potuit, illuc perrexit et pervenit usque ad locum, ubi Alara[c, 1] confluit in Wisora[d]. Tunc omnes Saxones iterum convenientes subdiderunt se sub potestate supradicti domni regis et reddiderunt omnes malefactores illos[e], qui ipsud[f] rebellium maxime terminaverunt[2], ad occidendum IIII[g]D; quod ita et factum est[3], excepto[h] Widochindo[i], qui fuga lapsus[k] est partibus Nordmanniae[l]. Haec omnia peracta reversus est praefatus domnus rex in Francia[m].

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
b) karolus *etiam* *B* 4. c) alacra *D* 3. d) unisara *B* 2; uuisoram *C* 3; iuusora *D* 3. e) illos rebelles, et occiderunt, excepto *A* 1. f) ipsum *B* 4. *C* 3. *D* 1. 3. g) quattuor milia *D* 1. 3. h) excepto — est *desunt* *D* 3. i) Vindikindo *A* 1; uuidochindum *B* 1; uuidichindus *B* 2; uuidechindo *C* 3. k) elapsus *A* 1. l) nortmanniae *B* 2. 4. *C* 3. *D* 3. m) franciam *A* 1. *B* 2. 4. *C* 3. *D* 3.

1) *Aller.* 2) *I. e. in contione gentis sciverant.* 3) *Omnes occisos esse negant W. de Bippen, 'Deutsche Zeitschrift f. Geschichtswiss.'* 1889 *I,* 75 *sqq. et Fr. Dieck, Progr. Gymnasii Verdensis* 1894; *in numero mendum esse Ulmann l. c. arbitratur.*

castra posuisset, ipsi, sicut cum eo convenerat[u], quo facilius montem circumire[v] possent, transgressi Wisuram[w] in ipsa fluminis ripa castra posuerunt. Habitoque inter se conloquio[x] veriti sunt, ne ad nomen Theoderici[y] victoriae fama transiret, si eum in eodem proelio secum haberent[1]. Ideo[z] sine illo cum Saxonibus congredi decernunt, sumptisque armis non quasi ad hostem in acie stantem, sed quasi ad[a] fugientium[b] terga insequenda spoliaque diripienda, prout quemque velocitas equi sui tulerat[2], qua Saxones pro castris in acie stabant, unusquisque eorum summa festinatione contendit. Quo cum esset male perventum, male etiam pugnatum est; nam commisso[c] proelio[d, 3] circumventi a Saxonibus, paene[e] omnes interfecti sunt. Qui tamen evadere potuerunt, non in sua[4], unde profecti sunt, sed in Theoderici[y] castra, quae trans montem erant, fugiendo pervenerunt. Sed[5] maior Francis quam pro[f] numero iactura fuit, quia legatorum duo, Adalgisus et Geilo[g], comitum quattuor aliorumque clarorum atque nobilium usque ad viginti interfecti, praeter ceteros[h], qui hos secuti[i] potius cum eis perire quam post eos vivere maluerunt.

Cuius rei nuntium cum rex accepisset, nihil sibi cunctandum arbitratus[6] collecto festinanter exercitu in Saxoniam proficiscitur accitisque ad se cunctis Saxonum primoribus de auctoribus factae defectionis inquisivit. Et cum omnes Widokindum[k] huius sceleris auctorem proclamarent, eum[l] tamen tradere nequirent, eo quod is re perpetrata ad Nordmannos[m] se contulerat,

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

u) conuenerant 3. 6. 7. v) circuire 3. 6. w) unisaram 6. x) coll. 3. 6. 7. y) teoder. 6. z) ideoque 3. 5. a) *deest* 6. 7. b) fugientem 3. 5. c) cum misso 1. 2. d) p̄lio 3. 6. 7. e) pene 2. 3. 6. 7. f) quam pro *desunt* 6. 7. g) geillo 8. h) caeteros 1. 2. 3. i) sequuti 1. 2. k) uuidikindum 3; uuiduk. 8. l) ipsum 3. 6. m) nortm. 2; northmannorum 8.

1) *Haec scriptor secundum relationem a Theoderico factam narrare mihi quidem videtur; revera haud scio an clades propterea acciderit, quod adgredientibus illis, 'sicut cum eo convenerat', auxilium Theoderici in tempore defuit. Quod sine culpa cuiusquam iniquitate loci, quoniam mons interiacebat, factum esse potest.* 2) *Siquidem amnis eis iterum transgrediendus erat, priusquam ad hostes pervenirent, equorum velocitas vix eis usui fuerit; immo forsitan a Saxonibus in ipso flumine traiciendo oppressi sint. Aliter Abel-Simson* 432. 3) *Ann. Fuld.* 782: conserto cum eis proelio. 4) *Nimirum, quoniam fluvius intererat.* 5) *Cf. Liv. XXI,* 59: Sed maior Romanis quam pro numero iactura fuit, quia equestris ordinis aliquot et tribuni militum quinque et praefecti sociorum tres sunt interfecti. 6) *Cf. Flor. I,* 39: nihil cunctandum ratus *(M.)*.

Et celebravit natalem Domini in villa, quae[n] di-
783 Mart. 23. citur Teodone-villa[o], et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

783.

A. Laur. DCCLXXXIII. Tunc obiit domna ac bene merita
Apr. 30. Hildegardis[a] regina pridie Kal. Mai., quod[b] evenit in die tunc in tempore vigilia ascensionis Domini. Et domnus rex Carolus[c] iter fecit partibus Saxoniae, eo quod Saxones iterum rebelles fuissent[d], et cum paucis Francis ad Theotmalli[e, 1] pervenit. Ibi Saxones praeparaverunt pugna[f] in campo, qui[g] viriliter domnus Carolus[c] rex et Franci solito more super eos inruentes[h] et[i] Saxones terga vertentes; et Domino adiuvante Franci victores extiterunt, et cecidit ibi[k] maxima multitudo Saxonum, ita ut pauci fugam[l] evasissent[m]. Et inde cum victoria venit suprascriptus[n] gloriosus rex ad Paderbrunnen[o], ibi coniungens exercitum suum. Et perrexit, ubi iterum[p] Saxones se coniunxerunt, ad fluvium, cuius vocabulum est Hasa[q, 2]. Ibi iterum pugna inita non minor numerus Saxonum ibi cecidit, et auxiliante Domino Franci victores ex-

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

n) qu. dic. *desunt* *A* 1. o) Theodonis *A* 1; theodonis uilla *B* 1; teodone *B* 4. *D* 1. 3; Teodonuilla *B* 5.

783. a) hildegaldis *B* 4; hildigarda *D* 2. b) quae erat uigilia *A* 1. c) karolus *etiam* *B* 4. d) rebellarent *A* 1. e) Theotvvaldi *A* 1; thietmalli *B* 2; Teotmala *B* 5; theodmalli *C* 3; theodmali *D* 1; thiotmellie *D* 2. f) pugnam *A* 1. *B* 2. *C* 3. *D* 1. g) *deest* *A* 1. h) irruerunt *A* 1; irruit *B* 2; irruentes *D* 3. i) *deest* *A* 1; et — uertentes *desunt* *B* 1. 2. 5. k) *deest* *B* 1. 2. l) fuga *B* 2. *C* 1. 2. *D* 1; per fugam *C* 3. m) euassissent *B* 1. 4. n) praedictus *A* 1; supradictus *C* 3. *D* 3. o) Padenbrun *A* 1; paderbrunna *B* 2; Patrisbrunne *B* 5; paderbrunnam *C* 3. p) *deest* *A* 1. q) asa *B* 2; hassa *C* 3.

1) *Detmold.* 2) *Haase.*

ceterorum[n], qui persuasioni eius morem gerentes tantum facinus peregerunt, usque ad quattuor milia D[o] traditi et super Alaram[p] fluvium in loco, qui Ferdun[q, 1] vocatur, iussu regis omnes una die decollati[2] sunt. Huiusmodi vindicta patrata[r] rex Theodone-villa in hiberna[3] concessit ibique natalem Domini, ibi et pascha more solito celebravit.

783.

DCCLXXXIII. Adridente[a] veris temperie, cum ad expeditionem Saxonicam se praeparasset, — nam de omnimoda eorum defectione ad eum perlatum[b] fuerat, — priusquam de memorata villa moveret, Hildigardis regina uxor eius decessit II. Kal. Mai. Cuius funeri cum more solemni[c] iusta persolveret[4], in Saxoniam, sicut dispositum habebat, duxit exercitum. Cumque Saxones in eo loco, qui Theotmelli[d] vocatur, ad pugnam se praeparare comperisset, ad eos, quanta potuit celeritate, contendit; commissoque cum eis proelio[e, 5] tanta eos caede[f] prostravit[6], ut de innumerabili eorum multitudine perpauci evasisse dicantur. Cumque de loco proeliis[g] ad Padrabrunnon[h] se cum exercitu recepisset atque ibi castris positis partem exercitus, quae adhuc de Francia venire debuerat, operiretur, audivit Saxones in finibus Westfalaorum[i] super fluvium Hasam ad hoc congregari, ut ibi cum eo, si venisset, acie confligerent. Quo nuntio commotus adunatis[7], quae tum ad se venerant quasque ante secum habebat, Francorum copiis ad locum, ubi congregati erant, sine dilatione profectus est congressusque cum eis eadem, qua et prius, felicitate dimicavit. Caesa est eorum[8] infinita multitudo, spoliaque direpta, captivorum quoque magnus abductus[k] est numerus. Inde victor ad orientem iter convertit primoque usque ad

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
n) caet. 1. 2. 3. 6. o) quingenti 1—7. p) alarum 2; alarum *corr.* alaram 7. q) ferdi 1. 8; ferdī (= ferdim) 2; ferdi 3. 6. 7. r) perpetrata 3.
783. a) Arrid. 3. 6. 7. b) perl. ad eum 3. c) sollenni 2; sollempni 3. 6. 7. d) teotm. 6. e) p̄lio 3. 6. 7. f) cede 3. 6. 7. g) p̄lii 3. 6. 7. h) patherbr. 6. i) uuestfalorum 3. 6. 7; uuestfalhorum 8. k) adductus 6. 7.

1) *Verden.* 2) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 782: quorum mors quattuor milium et quingentorum hominum decollatione vindicata est. 3) *Cf. Liv. XXI,* 15: in hiberna Hannibalem concessisse *(M.).* 4) *Cf. Curt. Ruf. VI,* 6, 19; funeri adfuturus . . . ut iusta fratri persolveret *(M.).* 5) *Ann. Fuld.* 783: Carlus Saxones duobus magnis proeliis vicit. 6) *Cf. Curt. Ruf. III,* 11, 14: ingenti caede prosternunt, *IV,* 15, 10: ingenti caede prostratos *(M.).* 7) *Cf. Fragm. Bern. (SS. XIII,* 30*)* 783: adunatoque et aucto exercitu. 8) *Ann. Fuld.* 783: inmensa eorum multitudine interfecta. Eodem anno rex Fastradam duxit uxorem.

titerunt. Et[q] iter peragens iamdictus domnus[r] Wisoram[s] fluvium transiit, ad Albiam[t] fluvium usque pervenit; et
A. Laur. inde reversus praefatus magnus rex in Franciam.

Et in eodem anno obiit bonae memoriae domna Berta[u] re-
Iul. 12. gina IIII.[v] Id. Iul. Et cum Wormatiam[w] pervenisset domnus rex Carolus, sociavit sibi in matrimonium domna[x] Fastradane[y] regina[z].

Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur
784 Apr. 11. Haristallio[a], et pascha similiter. Et inmutavit se numerus annorum in

*784. *p. 166.

DCCLXXXIIII. Et tunc rebellati sunt[a] iterum Saxones solito more et cum eis pars aliqua Frisonum[b].
A. Laur. Tunc deinde domnus Carolus[c] rex iter peragens Renum[d] transiit ad Lippiaham[e] et ingressus est Saxoniam circuiendo[f] et vastando, usque quod[g] pervenit[h] ad Huculvi[i. 1]. Ibi consilio inito, eo quod nimium inundationes[k] aquarum fuissent, ut per Toringiam[l] de orientale[m] parte introisset super Ostfalaos[n] et filium suum domnum Carolum[o] dimisisset una cum scara contra Westfalaos[p]; quod et ita factum est. Domnus rex Carolus[q] perrexit per Toringiam[r] usque ad fluvium Albiam et inde ad Stagnfurd[s. 2] et inde ad Scahiningi[t]; ibique conventionem[u] factam reversus est in Franciam[v] supradictus gloriosus rex.

Westfalai[w] vero voluerunt se congregare ad Lip-

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
q) Tunc dictus *A* 1. r) domnus rex *A* 1. *C* 3; rex *B* 2. s) Vuiseram *A* 1. *B* 5; uuisaram *B* 2; iuusoram *D* 3. t) albium *B* 4. *D* 1. u) bertha *A* 1. v) quarto *A* 1. *B* 1. 4. w) uuormaciam *B* 1; garmatiam *B* 4; uurmaciam *B* 5. *C* 1. *D* 1: uurmatiam *C* 2. x) nam *A* 1. *C* 3. y) fastradam *A* 1. *B* 2. *D* 2; fastradanam *C* 3. z) reginam *A* 1. *B* 2. *C* 3. a) Haristalho *A* 1; heristellio *B* 2; Aristalio *B* 5.

784. a) rebellarunt *A* 1; rebellauerunt *D* 1. b) fresonum *B* 2. *D* 1; frisorum *B* 4; Frixionum *B* 5; fresionum *C* 3; forisonum *D* 3. c) karolus *etiam* *B* 4. d) rhenum *A* 1. *C* 3; hrenum *C* 1. 2. e) lippiam *A* 1. *B* 1. *C* 3; lippihaam *B* 4; lippiham *D* 3; lippieham *Fragm. Bern. (SS. XIII, 130)*. f) circuendo *A* 1; circumeundo *B* 2. g) *deest* *A* 1. *D* 3. h) *deest* *A* 1. i) Huculum *A* 1. k) inundaciones *B* 1. *C* 1. l) Thuringiam *A* 1; turingiam *B* 2; thoringiam *B* 4; toringam *C* 1. 2; durringiam *C* 3. m) orientali *A* 1. *B* 2. 4. *C*. n) Ostualaos *A* 1; hostfalaos *B* 2. *D* 1. o) karolum *C* 2. 3. *D* 1. 3. p) VVestualos *A* 1; Westfalos *B* 5; uustfalaos *C* 2; uuetfalaos *D* 1. q) karolus *C* 2. 3. *D* 1. 3. r) turingiam *A* 1. *B* 2; toringam *B* 1. *C* 1. 2; durringam *D* 3. s) Stain- *A* 1; tagn- *B* 2; stang- *B* 4. *C* 3. *D* 1; -furt *A* 1. *D*; -frud *B* 1; -pfurt *B* 2; -furd *B* 4; -ford *C* 3. t) Schalingi *A* 1; scaininge *B* 2; scamgi *B* 4; scainingi *D* 1. 3. u) conuentione facta *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D* 1. v) frantiam *C* 2. *D* 1. 3. w) VVestuali *A* 1; uestfalai *B* 4; Westfali *B* 5.

1) *Oppidum Petershagen, olim Hockeleve, nomen hodiernum una cum iure civitatis sortitum. P.* 2) *Steinfurt vicus olim ad fluvium Ohre situs; Abel-Simson* 471, *n.* 8.

Wisuram[l], deinde usque ad[m] Albiam cuncta devastando peragravit.

Inde reversus in Franciam duxit uxorem filiam Radolfi[n] comitis natione Francam[1], nomine Fastradam, ex qua duas filias procreavit. Eodem anno defuncta est bonae memoriae mater[2] regis Berhtrada[o] IIII. Id. Iul. Ipse in Heristallio[p] villa ibidem hiematurus consedit ibique natalem Domini ac sanctum pascha celebravit.

167 *784.

DCCLXXXIIII. Cum primum oportunitas temporis advenit, ad reliquias belli Saxonici conficiendas[3] rex animo intento cum[4] exercitu in loco, qui Lippeham[a] vocatur, Rhenum[b] traiecit et vastatis Westfalaorum[c] pagis venit ad Wisuram[d]. Cumque in eo loco, qui Huculbi[e] dicitur, castris super fluvium positis consedisset, vidit se in aquilonales Saxoniae partes, sicut statuerat, propter nimias aquarum inundationes, quae tum subito ex iugitate pluviarum[5] acciderant, transire non posse. Idcirco iter in Thuringiam[f] convertit et filium suum Karlum[g] cum parte[6] exercitus in Westfalaorum[h] finibus sedere iussit. Ipse[7] per Thuringiam[i] iter faciens venit in campestria Saxoniae, quae Albi atque Salae fluminibus adiacent, depopulatisque orientalium Saxonum agris ac villis incensis[8] de Scahningi[k] — hoc loco nomen erat[l] — in Franciam regressus[m] est.

Karlus[n] vero filius eius, cum ei iter agenti in pago

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
l) uuisaram 6. m) *deest* 6. 7. n) radulfi 3; radoldi 6. o) bertrada 3. 6. p) eristalli 3.
784. a) lippeam 3. 6; lippea 7. b) renum 2. 3. 5. c) uuestfalorum 3. 6. 7; uuestualorum 8. d) uuisaram 7. e) uculbi 8. f) turingiam 3. 6. 7. g) karlolum 1; karolum 2. 3. 7; carolum 6. h) uuestfalorum 3. 5. 6. 7; uuestualorum 8. i) thorginam 2; turingiam 3. 5. 6. 7. k) scaningi 2; scanigni 3; schaningi 7; scannigi 8. l) hoc *et* nomen erat *desunt* 3. 5. m) reversus 6. 7. n) karolus 1. 2. 6. 7.

1) *Vita Karoli* 18: Habuit et alias tres filias, . . . duas de Fastrada uxore, quae de orientalium Francorum . . gente erat, . . Mater quoque eius Berthrada. . . 2) *A. Fuld.* 783: decessit et Berhta regis mater. 3) *Cf. Flor. I,* 34: Asiatici belli reliquias confecit *(M.)*. 4) *Conf. Fragm. Bernense* 784: cum generali exercitu Francorum, transiecto Rheno in loco, qui dicitur Lippieham, . . . propter nimias inundationes aquarum, quae tunc erant, . . . 5) *V. infra* 821: iugitas pluviarum *(M.)*. 6) *Fr. Bern.* 784: cum reliqua parte exercitus. 7) *Ibid.*: Ipse vero cepto itinere . . . pervenit. 8) *V. infra a.* 827: vastatis Barcinonensium agris villisque incensis *(D.)*.

piam[x]. Quo audito[y] a supradicto filio domni Caroli regis, obviam eis accessit una cum scara, quae cum eo dimissa fuit, in pago, qui dicitur Dragini[z, 1], et inierunt bellum. Auxiliante Domino domnus Carolus, filius magni regis Caroli[a], victor extitit una cum Francis, multis Saxonibus interfectis; volente Deo[b] inlesus remeavit ad genitorem suum in Wormatiam[c] civitatem. Ibique inito consilio cum Francis, ut iterum hieme[d] tempore iter fecisset[e] supradictus domnus[f] rex in Saxoniam; quod ita et factum est. Et celebravit natalem Domini iuxta Skidrioburg[g, 2] in pago Waizzagawi[h, 3] super fluvium Ambra[i, 4] in villa Liuhidi[k, 5]. Et[l] inmutavit se numerus annorum in

785.

DCCLXXXV. Tunc domnus rex Carolus supradictum iter peragens usque ad Rimee[a] pervenit super fluvium Wisora[b], ubi confluit Waharna[c, 6]. Et propter
A. Laur. nimiam[d] inundationes[e] aquarum inde reversus est Eresburgum[f]; uxorem suam domnam Fastradanem[g] reginam una cum filiis et filiabus suis ad se venire iussit. Ibi
Apr. 3. tota hieme residens[h] et ibi pascha[7] iam[i] fatus[k] excellentissimus rex celebravit. Et dum ibi resideret[l], multotiens[m] scaras[n] misit et per semetipsum iter peregit; Saxones, qui[o] rebelles fuerunt, depraedavit et castra cepit[p] et loca eorum munita intervenit et vias munda-
A. Laur. vit, ut dum tempus congruum venisset. Sinodum[q] vero[r] publicum tenuit ad[s] Paderbrunnen[t]; et inde iter peragens

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
x) lippam *B* 2; philippiam *D* 3. y) auditu *B* 1. 4. z) Oragmi *A* 1; dragami *D* 3. a) caroli *etiam* *C* 2. b) domino *C* 1. 2. c) uuarmatiam *B* 4; uurmatiam *B* 5. *C* 2. *D* 1; uurmaciam *C* 1; uuormaciam *C* 3. d) hyemis *A* 1; hiemis *B* 2. *C* 3. e) faceret *A* 1. *C* 3. f) *deest* *B* 4. *D* 3. g) Kidrioburg *A* 1; skidrioburch *B* 2; Scidinburg *B* 5; ikidrioburg *C* 3; kydrioburg *D* 3. h) Vuazzaganni *A* 1; uuizzagauui *B* 2; uaizzaunaga *B* 4; Wizgaugi *B* 5; uuaizzagaui *D* 1; uuazzagauui *D* 3. i) Ambram *A* 1. k) Lutundi *A* 1; liudihi *B* 1; liudi *B* 4; liuchidi *C* 3; liuthildi *D* 3. l) anno domini *C* 3.
785. a) rimie *B* 1. *C* 3; rine *B* 2; rimeae *B* 4. *D* 3; rimieę *C* 1; rimiae *C* 2. b) VVisoraha *A* 1; uuisaram *B* 2; uuisoram *B* 4; Wisera *B* 5. c) Viuharna *A* 1; uuachna *B* 2. d) nimias *C* 2. *D* 1. e) inundationem *A* 1. *B* 2. *C* 3. *ex corr.* *B* 4; magnitudinem *B* 5. f) aeresburgum *B* 1. *C* 1. *D* 1; heresburch *B* 2; Heresburg *B* 5; aresburgum *C* 2; heresburgum *C* 3; eresburgam *D* 3. g) fastradam *A* 1. *B* 2; domna fastradane regina *C* 1. 2; fastradanam *C* 3. *D* 1. 3. h) resedens *B* 1. *C* 1. i) iam f. exc. rex *desunt* *A* 1. k) factus *B* 4. *C* 2. l) resederet *B* 4. *C* 1. 2. m) multoties *A* 1. *C* 1. 2. n) scaram *B* 1. o) q. reb. *desunt* *B* 1. p) coepit *B* 1. *C* 1. 2. q) synodum *A* 1. *B* 5. *C* 3. r) *deest* *A* 1. *B* 1. (2. 5.) *C* 3. s) apud *A* 1. t) Padebrunen *A* 1; paderbrunna *B* 2; Patrisbrunnae *B* 5; paderburnnen *C* 2.

1) *Dreingau in septentrionali parte Lippiae.* 2) *Schieder.* 3) *I. e. Weissgau.* 4) *Emmer.* 5) *Lügde prope Pyrmont; Abel-Simson* 475, *n.* 2. 6) *Werne.* 7) *Cf. Ann. Laur.* 785: Rex Carlus demoratus est in Saxonia ad Heresburg de natale Domini usque in mense Iunio.

Draigni[o] iuxta Lippiam fluvium Saxonum occurrisset exercitus, commisso cum eis equestri proelio[p] felici ac prospero[1] eventu dimicavit; nam magno eorum numero interfecto, ceteris[q] in diversa fugatis victor ad patrem Wormaciam[r] reversus est. Rex autem congregato iterum exercitu in Saxoniam profectus est celebratoque in castris natalicio Domini die super Ambram fluvium in pago Huettagoe iuxta castrum[2] Saxonum, quod dicitur Skidroburg[s], ad locum vocabulo Rimi, in quo Wisura[t] et Waharna[u] confluunt, populabundus[3] accessit. Cumque eum ulterius progredi tam hiemalis temporis asperitas quam aquarum inundatio prohiberet, Eresburgum[v] castrum in hiberna concessit[4].

785.

DCCLXXXV. Cum ibi hiemare decrevisset, accitis atque adductis ad se uxore ac liberis[5] relictoque cum eis in eodem castro satis fido ac firmo praesidio ipse cum expedita manu ad Saxonum pagos vastandos ac villas diripiendas egressus inquietam satis hiemem ubique discurrendo[6] et cuncta caedibus[a] atque incendiis[7] permiscendo tam per se ipsum quam per duces, quos miserat, Saxonibus reddidit. Cumque huiusmodi vastationibus per totum hiberni temporis spatium[8] omnes fere Saxonum regiones ingenti clade adfecisset[b], transacta tandem hieme et advectis ex Francia commeatibus[9] publicum populi sui conventum in loco, qui Padrabrunno[c] vocatur,

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
o) dreini 8. p) prelio 1; plio 3. 6. 7. q) caeteris 1. 2. 3. 6. r) uuormatiam 2. 7; uuarmatiam 8. s) kidroburg 3. 5 (*non* 4); scridrob. 7; skideronburg 8. t) uuasara 6. u) uuarharma 2; uuaharnna 3 (*non* 5); ad hostia uuarnae 8. v) eresburg 8.
785. a) cedibus 3. 6. 7. b) affec. 3. 6. 7. c) patherbr. 6; padarbrunnon 8.

1) *Cf. Liv. XXI*, 50: prosperum ac felicem transitum *(M.)*. 2) *Cf. Fr. Bern. (= A. Mett.)*: iuxta castrum Scidrioburg. 3) *Liv. epit. XIII*: populabundus . . . processit *(M.)*. 4) *V. supra a.* 782 *(M.)*. 5) *Fr. Bern.*: uxoremque . . . cum liberis. 6) *Ibid.*: Saxoniam vastando circuit. 7) *Liv. II*, 17: caede incendioque cuncta complent *(M.)*. 8) *V. infra* 828: totum hiberni temporis spatium . . . inpendit *(D.)*. 9) *Cf. Curt. Ruf. VI*, 2, 15: commeatibus undique advectis *(M.)*.

vias apertas nemini[s] contradicente per totam Saxoniam, quocumque voluit. Et tunc in Bardengawi[t] venit ibique mittens post Widochindum[u] et Abbionem et utrosque ad se conduxit et firmavit, ut non se subtrahissent[v], nisi in Francia[w] ad eum pervenissent; petentibus illis, ut credentias haberent, quod in laesi[x] fuissent, sicut et *p. 1 factum est. Tunc domnus Carolus[y] rex reversus est in Franciam[z] et mittens ad supradictos Widochindum[a] et Abbionem[b] obsides per missum suum Amalwinum[c]; qui cum recepissent obsides, illos secum deducentes[d] et coniunxerunt se ad[e] Attiniacum[f] villa[g] ad domnum regem Carolum[h]. Et ibi baptizati sunt supranominati Widochindus[i] et Abbi[k] una cum sociis[l] eorum[1]; et tunc tota Saxonia subiugata est.*

Et in eadem villa celebravit saepedictus[m] gloriosus
786 Apr. 23. rex natalem Domini et pascha similiter. Et[n] inmutavit se numerus annorum in

A Sith. V. K. 20. *) Coniuratio[2] Hardradi et orientalium Francorum, qua[o] contra regem conspiraverant[3], deprehensa est, et auctores eius[p] partim morte partim exilio damnati sunt *adduntur in recensione D.*

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
s) nemine *A* 1. *D* 1. *ex corr.* *B* 4. t) Bardunganice *A* 1; lardingauui *B* 4; Bardingaugi *B* 5; bardangauut *C* 1. 2; bardingauui *C* 3. *D* 1; padangouui *D* 3. u) VVindikindem *A* 1; uuidichindum *B* 2. *D* 3; Widogingus *B* 5. v) subtraherent *A* 1. *C* 3; subtraissent *C* 1. 2; subtraissent *corr.* subtraxissent *D* 1. w) franciam *A* 1. *B* 1. 1; frantiam *C* 2. 3. x) illaesi *A* 1; inlesi *B* 1. 4. *C* 2; illesi *D* 3. y) *deest* *A* 1. *D*; karolus *B* 4. *C* 2. 3. z) frantiam *C* 2. 3. a) VVindekindem *A* 1; uuindochindum *D* 1. b) albionem *B* 4. *C* 3. *D* 3. c) amuluuinum *B* 1; amaluuonem *B* 4; amaluinum *D* 3. d) ducentes *A* 1. *C* 2. e) apud *A* 1. f) Artinacum *A* 1; Atiniacum *B* 5. g) uillam *A* 1. *D* 1. *ex corr.* *B* 4. h) carlum *B* 1; karolum *C* 2. 3. *I* 1. 3. i) VVindikind *A* 1; Witikingus *B* 5; uuindochindus *D* 1; uuidukind *D* 2; uuidichindus *D* 3. k) Abbio *A* 1; albi *B* 4; albio *D* 3. l) sotiis *C* 3. *D* 3. m) supradictus *D*. n) anno domini *C* 3. o) quae *D* 1; quia *D* 3. p) eorum *D* 1; conspirationis *D* 2.

1) *Hactenus, ubi prior Annalium Laureshamensium recensio desinere videtur, nostrum illis usum esse putaverim, cf. 'Neues Archiv' XX,* 14. 33. *XXI,* 81 *sq.* 2) *Ann. Sith.* 785: Coniuratio orientalium Francorum, quae vocatur Hardrati, exorta et cito compressa; *et V. Karoli* 20: Facta est et alia prius contra eum in Germania valida coniuratio. Cuius auctores partim luminibus orbati, partim membris incolomes, omnes tamen exilio deportati sunt; neque ullus ex eis est interfectus nisi tres tantum. 3) *Conf. Ann. Sith.* 792: Conspiratio Pippini contra patrem facta.

more solemni[d] habuit. Ac peractis his, quae ad illius conventus rationem pertinebant, in pagum vocabulo Bardengoo[e] proficiscitur ibique audiens Widokindum[f] ac[g] Abbionem[h] esse in Transalbiana[i] Saxonum regione primo eis[k] per Saxones, ut omissa perfidia ad[1] suam fidem venire non ambigerent[l], suadere coepit[m]. Cumque ipsi facinorum suorum sibi conscii regis fidei se committere dubitarent, tandem accepta ab eo, quam optabant, inpunitatis sponsione atque impetratis, quos sibi dari precabantur, suae salutis obsidibus, quos eis Amalwinus[n], unus aulicorum, a rege missus adduxerat, cum eodem
p.169. *ipso ad eius praesentiam in Attiniaco[o] villa venerunt atque ibi baptizati sunt. Nam rex, postquam ad eos accersiendos memoratum Amalwinum direxit, in Franciam reversus est; quievitque[2] illa Saxonicae perfidiae pervicacitas[p] per annos aliquot, ob hoc maxime, quoniam occasiones deficiendi ad rem pertinentes invenire non potuerunt.

Facta[3] est eodem anno trans Rhenum[q] apud orientales Francos adversus regem inmodica coniuratio, cuius auctorem Hardradum comitem fuisse constabat. Sed huius indicium cito[4] ad regem delatum est, eiusque sollertia tam valida conspiratio citra ullum[r] grande periculum in brevi conquievit, auctoribus eius partim privatione luminum partim exilii deportatione condemnatis[s].

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
d) sollempni 3. 6. 7. e) berdango 8. f) uuidogindum 2; uuidikindum 3 *(non 5)*. g) ad 1—7; ac *Pertz;* abbonemque 8. h) albionem 2. 6. 7; abbonem 8. i) transalbina 2. k) eos 1—7. l) ambierent 1. 2. 7. m) cępit 2. 3. 6; cepit 7. n) amuluuinus 8. o) attinico 1. p) peruersitas 3. q) renum 3. 6. r) illum 3. 5. s) condempn. 2. 3. 5. 7; dampn. 6. 8.

1) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 785: Widukind . . ad fidem Carli venit. 2) *Cf. Ann. Fuld.* 785: et Saxonia tota subacta. 3) *Vita Karoli* 20: Facta est . . . in Germania valida coniuratio. Cuius auctores, partim luminibus orbati partim membris incolomes, omnes tamen exilio deportati sunt. 4) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 785: Coniuratio . ., quae vocatur Hartrati (Hardrati *Sith.)*, exorta et cito conpressa est.

786.

DCCLXXXVI. Tunc domnus Carolus[a] rex misit exercitum suum partibus Brittaniae[b] una cum misso suo Audulfo[c] sinescalco[d]; et ibi multos Brittones conquesierunt[e] una cum castellis et firmitates[f] eorum locis palustribus seu et[g] in caesis[h]. Et sicut supra diximus, in multis firmitatibus Brittonum[i] praevaluerunt Franci et cum victoria Domino volente reversi sunt et capitaneos eorum ad synodum[k] repraesentabant supradicto domno rege[l] in Wormatiam[m].

Tunc domnus rex Carolus[n] praespiciens[o], se ex omni parte Deo largiente pacem habere, sumpsit consilium orationis causae[p] ad limina beatorum apostolorum iter peragendi et causas Italicas[q] disponendi, et cum missis imperatoris placitum habendi de convenentiis[r] eorum[1]; quod ita factum est. Tunc suprascriptus[s] domnus rex natalem Domini celebravit in Florentia[t] civitate. Et inmutavit[u] se numerus annorum in

787.

DCCLXXXVII. Tunc domnus rex[a] Carolus supradicto[b] itinere ita[c] peragens* Romam venit et valde honorifice a domno apostolico Adriano[d] receptus est; et aliquod[e] dies ibi moratus est cum domno apostolico.

Sept. 17. *) eclipsis solis facta est XV. Kal. Oct. ab hora diei prima usque ad horam V. *add.* D 3; eclipsis — Oct. *etiam* D 2.

A 1. B 1. (2.) 4. (5.) C 1. 2. 3. D 1. (2.) 3.

786. a) karolus *etiam* B 4. b) brittanniae B 4. C 3. D 1. 3; Britanniae B 5. c) Andulfo A 1; odulfo B 2; per autulfum D 2. d) Sinestalco A 1; Siniscallo B 5; senescalcum D 2; sinescaluo D 3. e) conquaes. A 1. C 1; adquis. B 2; conquis. B 4. 5. C 3. D 1. 3. f) firmitatibus Brittonum, in locis A 1. g) *deest* A 1. C 3. h) incessis A 1; in cesis B 1. 4; in casis C 3; incesos D 3. i) brittoniam D 3. k) sinodum B 1. C 1. D 1. l) regi A 1. B 2. 5. D 1; rege carolo B 1; supr. karolo C 3. m) VVormatia A 1; uuormaciam B 1; uuarmatiam B 4; uurmatiam B 5. C 2. D 1; uurmaciam C 1. n) *deest* C 3. o) perspiciens A 1. B 5. C 3. D 1. *ex corr.* B 4. p) causa A 1. B 2. 5. C 3. D 1. *ex corr.* B 4. q) italias C 2. r) conuenientiis A 1. D 1. s) supradictus B 1. 5. t) forentia D 3. u) immutalus est n. a. domini in C 3.

787. a) carolus rex A 1. B 1; k. rex C 3. b) supradictum iter A 1. c) *deest* A 1; iter B 1. C 3. d) hadriano B 4. 5. C 1. e) aliquot A 1. B 2. C 3. D 1.

1) *Inprimis de filia sua Hruodthrude imperatori Constantino collocanda; cf. Abel-Simson* 541—546.

786.

DCCLXXXVI. Cum et hiemis tempus expletum et sanctum pascha in Attiniaco villa fuisset a rege celebratum, exercitum in Brittanniam cismarinam mittere constituit. Nam cum ab Anglis ac Saxonibus Brittannia[a] insula fuisset invasa, magna pars incolarum eius mare traiciens in ultimis Galliae finibus Venetorum et Coriosolitarum[1] regiones occupavit. Is populus a regibus Francorum subactus ac tributarius factus inpositum[b] sibi vectigal licet invitus solvere solebat. Cumque eo tempore dicto[2] audiens non esset, missus illuc regiae mensae praepositus Audulfus perfidae gentis contumaciam mira celeritate compressit regique apud Wormaciam[c] et obsides, quos acceperat, et complures ex populi primoribus adduxit.

Rex pace undique parta[3] statuit Romam[4] proficisci et partem Italiae, quae nunc Beneventus vocatur, adgredi conveniens esse arbitratus, ut illius regni residuam portionem suae potestati subiceret, cuius caput in capto Desiderio rege[d] maioremque[e] partem in Langobardia[f] iam subacta tenebat. Nec diu moratus, sed contractis celeriter Francorum copiis in ipsa hiemalis temporis asperitate Italiam[5] ingreditur. Cumque in Florentia Tuscorum civitate natalem Domini celebrasset, quanta potuit celeritate Romam ire contendit.

Quo cum venisset ac de profectione sua in[d] Bene- 787.
ventum tam cum Adriano[g] pontifice quam cum suis

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
786. a) britannia 8. b) impos. 3. 6. 7. c) uuormatiam 3. 7. d) *deest* 6. 7. e) maioreque 1. 2. f) longob. 6. 7. g) hadriano 1.

1) *Qui apud Caesarem saepius commemorantur; ab eis oppidum Vannes vicusque Corseult (prope St. Malo) nomina acceperunt.* 2) *Vita Karoli* 10: Domuit et Brittones, qui ad occidentem in extrema quadam parte Galliae super litus oceani residentes dicto audientes non erant, missa in eos expeditione, qua et obsides dare et, quae imperarentur, se facturos polliceri coacti sunt. 3) *Liv. II,* 26: undique partae pacis *(M.).* 4) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 786: Carlus . . . Romam vadit. 5) *Vita Karoli* 10: Ipse postea cum exercitu Italiam ingressus . . .

Et Arighis[f] dux Beneventanus[g] misit Romaldum[h] filium suum cum magnis muneribus, postolare[i] de adventu iamdicti domni regis, ut in Benevento[k] non introisset, et omnes voluntates praefati domni regis adimplere cupiebat. Sed hoc minime apostolicus credebat neque obtimates[l] Francorum, et consilium fecerunt cum supranominato domno Carolo rege, ut partibus Beneventanis[m] causas firmando advenisset; quod[n] ita factum est. Et dum Capuam[o] venisset, Areghisus[p] dux reliquid[q] Beneventum[r] civitatem et in Salernum se reclusit; et timore perterritus non fuit ausus per semet ipsum faciem domni regis Caroli videre. Sed mittens missos et ambos filios suos proferens, id est Rumaldum[s], quem domnus Carolus rex secum habebat, et Grimoaldum[t], quem supradictus Areghis[u] secum[v] retinebat; et offerens multa munera et alios obsides, ut petitionem[w] eius obtemperasset. Tunc domnus ac gloriosus Carolus[x] rex praespexit[y] una cum sacerdotibus vel ceteris[z] *obtimatibus[a] *p. 170
suis, ut non terra deleretur illa et episcopia vel monasteria non desertarentur[b], elegit XII obsides et tertium decimum[c] filium supradicti[d] ducis nomine Grimoaldum[e]. Et accepta munera[f] iuraverunt omnes Beneventani, tam supradictus dux quam[g] et Rumaldus[h]. Et reversus est sepenominatus piissimus[i] rex et cele-
Apr. 8. bravit pascha cum domno apostolico in Roma.

Ibique venientes missi Tassiloni[k] ducis, hii[l] sunt Arnus episcopus[1] et Hunricus[m] abba[2], et petierunt apostolicum, ut pacem terminaret inter domnum Carolum regem et Tassilonem ducem. Unde et domnus apostolicus multum se interponens, postolando[n] iamdicto domno

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

f) Ariglus *A* 1; harichis *B* 1; herigisus *B* 2; arigis *B* 4. 5. *C* 3. g) benent. *D* 3. h) romoldum *C* 3. i) postulare *A* 1. *B* 4. *C* 2. 3. *D* 3; postulans *B* 2. 5. k) beneuentano *B* 5. *D* 3. l) optimates *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D* 1. m) ad partes Beneuentanas *A* 1; Beneuenti *B* 5; beuentanis *D* 3. n) quod — uenisset *desunt* *B* 4. o) caupua *D* 3. p) Ariglus *A* 1; harichisus *B* 1; herigisus *B* 2; Arigis *B* 5; aregisus *C* 2; aregysus *C* 3; aregisiis *D* 3. q) reliquit *A* 1. *B* 2. 5. *C* 2. *D* 1. r) beneuentam *B* 4; Beneventi *B* 5; beneuentanum *C* 2. s) rumoldum *A* 1. *C*; romaldum *B* 4. *D* 3. t) grimaldum *B* 2. *C* 3. *D*; cum . . Grimoldo *B* 5. u) Ariglus *A* 1; areghisus *C* 1. 2; aregysus *C* 3; filium aragisi *D* 2; aregis *D* 3. v) penes se continebat *A* 1. w) petitioni *A* 1; peticioni *D* 3. x) *deest* *C* 3; rex car. *B* 1; rex kar. *D* 1. y) prospexit *A* 1; perspexit *D* 1. z) caeteris *A* 1. *B* 4. a) optimatibus *A* 1. *B* 4. *C* 3. b) desolarentur *A* 1. c) XIII. *B* 1. 4. *D* 3; duodecimum *D* 1. d) suum suprad. *C* 1. 2. e) grimaldum *B* 2. *C* 3. *D* 1; Grimoldum *B* 5. f) acceptis muneribus *A* 1. *C* 3. *ex corr.* *B* 4. g) quam et R. *desunt* *A* 1. h) rumoldus *C* 3; romaldus *D* 1. 3. *ex corr.* *B* 4. i) *deest* *B* 4. *C* 3. k) Thassilonis *A* 1; tassilonis *B* 2. 4. 6. *C* 3. *D*; Dasillioni *B* 5. l) scilicet A. *A* 1; hi *C*. *D* 1. m) Hunrichus *A* 1; henricus *C* 3. n) precando *A* 1; postulando *B* 4. *C* 2. 3; postulante *B* 5.

1) *Salzburgensis (785—821).* 2) *Mondseensis.*

optimatibus deliberasset, Aragisus[1] dux Beneventanorum audito eius adventu compertaque in terram suam intrandi voluntate propositum eius avertere conatus est. Misso enim Rumoldo[h] maiore filio suo cum muneribus ad regem rogare coepit, ne terram Beneventanorum intraret. Sed ille longe aliter[2] de rebus inchoatis faciendum sibi iudicans retento secum Rumoldo[i] cum omni exercitu suo Capuam Campaniae civitatem accessit ibique castris positis consedit[k], inde[l] bellum gesturus, ni memoratus dux intentionem regis salubri consilio[3] praevenisset. Nam relicta Benevento, quae caput illius terrae habetur, in Salernum maritimam civitatem velut munitiorem se cum suis contulit missaque legatione utrosque filios suos regi obtulit, promittens se ad omnia, quae imperarentur, libenter oboediturum[m]. Cuius precibus rex adnuens[n] divini etiam timoris respectu bello abstinuit et minore ducis filio nomine Grimoldo obsidatus gratia suscepto maiorem patri remisit. Accepit insuper a populo obsides undecim misitque legatos, qui et ipsum ducem et omnem Beneventanum populum per sacramenta firmarent. Ipse post haec cum legatis Constantini[o] imperatoris, qui propter petendam filiam suam[4] ad se missi fuerant, locutus est atque illis dimissis Romam reversus sanctum paschale festum[p] magna cum hilaritate celebravit.

*787.

*p. 171.

DCCLXXXVII. Cum adhuc[a] rex Romae ageret[b], Tassilo dux Baioariae misit legatos suos, Arnum videlicet episcopum et Hunricum[c] abbatem, ad Adrianum[d] papam, petens, ut inter regem atque illum mediator pacis fieri dignaretur. Nec pontifex precibus eius censuit abnuendum, sed quanta potuit instantia apud regem intercedere curavit,

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

h) rumuldo 3; rumolto 5. i) rumoldum 2; rumuldo 3. k) ibique c. p. cons. *desunt* 3. 5. l) et inde 6. 7. m) obed. 2. 3. 6; obed. 7. n) annuens 3. 6. 7. o) constantino *corr.* -ni 1; constantino 2. p) pascha 3. 5.

787. a) rex adhuc 1; rex *deest* 2. b) esset 3. 5. c) heinricum 6. d) hadrianum 1; hardrianum 2.

1) *Vita Karoli* 10: Ipse . . . Capuam Campaniae urbem accessit atque ibi positis castris bellum Beneventanis, ni dederentur, comminatus est. Praevenit hoc dux gentis Aragisus: filios suos Rumoldum et Grimoldum . . . mittens rogat . . . seque . . imperata facturum polliceetur . . . Rex . . . unoque ex filiis, qui minor erat, obsidatus gratia retento maiorem patri remisit; legatisque ob sacramenta fidelitatis a Beneventanis exigenda . . . dimissis Romam redit. 2) *Liv. II*, 46: aliter longe evenit *(M.)*. 3) *Cf. Transl. Marc. et Petri (SS. XV)*: salubre consilium *(D.)*. 4) *Hruodthrudem, quae secundum Ann. Lauresham. iam a.* 781. *imperatori desponsata erat, tunc autem petenti non data est. V. infra a.* 788. *et Abel-Simson* 569.

rege. Et ipse domnus rex respondit apostolico, hoc se voluisse et per multa tempora quaesisse[o], et minime invenire potuit[p]; et proferebat statim fieri[q]. Et voluit supradictus domnus rex in praesentia domni apostolici cum ipsis missis pacem firmare; et rennuentibus[r] supradictis missis, quia non ausi fuissent de eorum parte ullam firmitatem facere. Apostolicus vero cum cognovisset de instabilitate vel mendatia[s] eorum, statim supra ducem eorum vel suis consentaneis anathema posuit, si ipse[t] sacramenta, quae promiserat domno Pippino[u] regi[v] et domno Carolo[w] itemque[x] regi[v], non adimplesset. Et obtestans supradictos missos, ut contestarent[y] Tassilonem, ut non aliter fecisset, nisi in omnibus oboediens fuisset domno regi[z] Carolo et filiis eius ac genti Francorum, ut ne forte sanguinis effusio[a] provenisset[b] vel lesio[c] terrae illius; et si ipse dux obdurato corde verbis supradicti apostolici minime oboedire[d] voluisset, tunc domnus Carolus[e] rex et suus exercitus absoluti fuissent ab omni periculo peccati, et quicquid in ipsa terra factum eveniebat in incendiis aut in homicidiis vel in qualecumque[f] malitia[g], ut hoc super Tassilonem et eius consentaneis[h] evenisset[i] et domnus rex Carolus ac Franci[k] innoxii ab omni culpa exinde permansissent[l]. Haec[m] verba[n] expleta, missi Tassiloni[o] absoluti sunt. Et tunc in invicem sibi domnus apostolicus atque domnus gloriosus rex Carolus valedicentes, benedictione adsumpta oratione peracta Franciam[p] iamdictus praecelsus[q] rex reversus est.

Et pervenit idem mitissimus rex ad coniugem suam domna[r] Fastradane[s] regina[t] in civitate Wormatia[u]; et ibi ad invicem gaudentes et laetificantes ac Dei misericordiam conlaudantes. Synodum[v] namque congregavit[w] suprascriptus[x] domnus[y] rex ad[z] eandem civitatem; sacerdotibus suis et aliis obtimatibus[a] nuntiavit, qualiter omnia in itinere suo peragebantur[b]. Et cum venisset[c]

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

o) quesisse *B* 1. 4. *C* 2. *D* 3. p) potuisse *A* 1. *B* 2. *C* 3. *D* 3. q) ita fieri *A* 1. r) rennentibus *A* 1. *B* 2. *D*. s) mandati *A* 1; mendacia *B* 1. 4. *D*; mendatio *C* 3. t) ipsa *A* 1. *B* 5. u) pipino *A* 1. *B* 4. *D* 3. v) rege *B* 1. w) carolo *etiam* *D* 3. x) *deest* *A* 1. y) contestarentur *A* 1. z) Carolo Regi *A* 1; carolo rege *B* 1; karolo regi *D* 3. a) profusio *A* 1. b) veniret *A* 1; proueniret *C* 3. c) laesio *A* 1. *C* 1. d) obedire *A* 1. *C* 3. *D* 3. e) carolus *etiam* *C* 2. f) qualicunque *A* 1. *B* 2. 4. *C* 3. *D*. g) malo *A* 1; malicia *B* 1. *D* 3. h) consentaneos *A* 1. *D* 3. i) veniret *A* 1; eueniret *C* 3. k) francis *B* 1. l) permanerent *A* 1. *C* 3. m) iis *A* 1; His *C* 3. n) uerbis expletis *A* 1. *C* 3. o) Thassilonis *A* 1; tassilonis *B* 2. *C* 3. *D* 1. p) frantiam *C* 2. *D* 3. q) precellentissimus *B* 1. r) dominam *A* 1; domnam *B* 1. *C* 3. s) Fastradem *A* 1; fastradanem *B* 1. *D* 1; fastrada *B* 2; fastradanam *C* 3. *D* 3. t) reginam *A* 1. *B* 1. *C* 3. *D*. u) uuarmatia *B* 4; ad VVrmatiam *B* 5; uurmatia *C* 1. 2. *D* 1. v) sinodum *B* 1. 2. *D*. w) congregatam *A* 1. x) supradictus *A* 1. *D*. y) *deest* *A* 1. *C* 3. z) apud *A* 1. a) optim. *A* 1. *B* 4. *C* 1. 3. b) peracta sunt *A* 1. c) ven. — quod *desunt* *C* 3.

ut inter eos pax et concordia ex suae apostolicae auctoritatis ammonitione atque interventione proveniret. Cui cum rex idem se magnopere velle respondisset simulque a legatis memorati ducis inquireret, quam[e] huius pacationis firmitatem facere deberent, responderunt sibi de[f] hac re nihil esse commissum nec se de hoc negotio aliud facturos, quam ut responsa regis atque pontificis domino suo reportarent. Quorum verbis papa commotus velut fallaces ac fraudulentos anathematis gladio statuit feriendos, si ab olim regi promissa fide discederent, atque ita infecto pacis negotio reversi sunt. Rex autem adoratis sanctorum apostolorum liminibus votisque solutis apostolica benedictione percepta in Franciam reversus est.

Et cum uxorem suam Fastradam filiosque ac filias et omnem comitatum, quem apud eos dimiserat, Wormacia[e][g] invenisset, generalem populi sui conventum ibi habere statuit. In quo[h] cum omnia, quae in Italia gesserat, coram optimatibus suis narrando commemorasset et ad ex-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

e) quando 3. f) in 3. g) uuormat. 3. 7; uurmaciae 8. h) qua 3.

ad hoc[d] locum. quod omnia explanasset de parte Tassilonis, sicut actum erat, tunc prespiciens[e] idem rex, ut missos mitteret, et iussit Tassiloni[f], ut omnia adimpleret secundum iussionem apostolici, vel sicut iustitia[g] erat: eo[h] quod sub iureiurando promissum habebat, ut in omnibus oboediens[i] et fidelis fuisset domno rege[k] Carolo[l] et filiis eius vel Francis et veniret ad eius praesentiam; quod[m] rennuit[n] et venire contempsit[o]. Tunc domnus rex[p] Carolus una cum Francis videns iustitiam suam, iter coepit[q] peragere partibus Baioariae cum exercitu suo, et per semet *ipsum venit in loco, ubi Lechfeld[r] vocatur, super civitatem Augustam[s]. Et iussit alium exercitum fieri, id est Franci[t] Austrasiorum, Toringi[u], Saxones, et coniungere super Danubium fluvium in loco, qui dicitur Faringa[1]. Et tertium[v] exercitum iussit fieri partibus Italiae, ut domnus Pippinus[w] rex venisset[x] usque ad[y] Trianto[z, 2] cum exercitu suo et ipse ibi maneret et exercitum suum pleniter in ante mitteret usque ad Bauzanum[a, 3]. Tunc praespiciens[b] se Tassilo ex omni parte esse circumdatum et videns, quod omnes Baioarii plus essent fideles domno rege[c] Carolo[d] quam ei et cognovissent iustitiam iamdicti domni regis et magis voluissent iustitiam consentire quam contrarii esse, (Oct. 3). undique constrictus Tassilo venit per semetipsum, tradens se manibus in manibus[e] domni regis Caroli[f] in vassaticum[g] et reddens ducatum sibi commissum a domno Pippino[h] rege, et recredidit[i] se in omnibus peccasse et male egisse[k]. Tunc denuo renovans sacramenta et dedit obsides electos XII et tertium decimum[l] filium suum Theodonem[m]. Receptis obsidibus vel sacramenta tunc reversus est praefatus gloriosus rex in Franciam[n].

*p. 172.

Et celebravit natalem Domini in villa, quae dicitur

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

d) *deest* *A* 1; hunc *B* 1. *D*; hoc *corr.* hunc *B* 4. e) perspiciens *A* 1. *D*. f) Thassilonem *A* 1; tassilonem *B* 1. 4. *C* 1. 2. g) iusticia *B* 1. *D* 3. h) et *A* 1. i) obediens *A* 1. *C* 3. k) regi *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D* 3. l) karolo *etiam* *B* 4. m) qui *B* 5. *C* 3. n) renuit *A* 1. *D* 1. o) *Post hoc verbum unum folium excidit* *B* 1. p) kar. rex *C* 3. *D* 3. q) cepit *C* 3. *D* 3. r) Lechfeldt *A* 1; lecfel *B* 4; Lecflec *B* 5; lechfled *C* 2; lechfele *C* 3. s) agustam *C* 1. t) Francorum *A* 1. u) Thuringorum et Saxonum *A* 1; thuringi *B* 2; turingi *D* 3. v) tercium *B* 4. *C* 1. *D* 3. w) pipinus *A* 1. *B* 4. *D* 3. x) veniret *A* 1. *C* 3. y) ad — usque *desunt* *D* 3. z) trientum *B* 2; triantum *B* 4. a) Banzanum *A* 1; bauzarum *B* 4. b) prospiciens *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D* 3; perspiciens *B* 2. *D* 1. c) regi *A* 1. *B* 4. *C* 3. d) karolo *etiam* *B* 4. e) se in manus *A* 1. *C* 3; se manibus *B* 2. 4. *D* 1. f) caroli *etiam* *C* 2. g) Vasallum *A* 1. h) pipino *A* 1. *B* 4. *D* 3. i) cognouit *A* 1. k) *Ab hoc vocabulo post folium amissum rursus incipit* *B* 1. l) XIII. *B* 1. 2. 4. *D* 1. 3. m) Teodonem *B* 5. n) frantiam *C* 2.

1) *Pföring ad Danubium inter urbes Ingolstadt et Regensburg.* 2) *Trient.* 3) *Bozen.*

tremum de legatis Tassilonis, qui ad se Romae[i] venerant, mentio facta fuisset, iniit consilium, ut experiretur, quid Tassilo de promissa sibi fidelitate facere vellet, congregatoque[1] ingenti exercitu atque in tres partes diviso[2] Baioariam petere constituit. Cumque Pippinum filium cum Italicis copiis in Tredentinam vallem venire iussisset,
*p. 173. orientales *quoque Franci ac Saxones, ut iussi fuerant, ad Danubium in loco, qui Pferinga[k] vocatur, accessissent, ipse cum exercitu, quem secum duxerat, super Lechum[l] fluvium, qui Alamannos et Baioarios dirimit[m], in Augustae civitatis suburbano consedit, inde Baioariam cum tam valida manu procul dubio petiturus, nisi Tassilo sibi ac popuo suo ad regem veniendo consuleret. Nam videns se undique circumsessum, venit supplex ac veniam de ante gestis sibi dari deprecatus[n] est. Sed et rex, sicut erat natura mitissimus, supplici ac deprecanti pepercit acceptisque ab eo praeter filium eius Theodonem[o] aliis, quos ipse imperavit, duodecim obsidibus et populo terrae per sacramenta firmato in Franciam reversus est. Et in suburbano Mogontiacense[p]

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
i) rome 3. 6. 7. k) pferinga 3; feringa 5. 7; pheringa 8. l) lethum 2; lècchum 8. m) diuidit 3. 5. n) precatus 3. 5. o) teodonem 6. p) mogonciacense 2; magonciacense 3; magontiense 6.

1) *Vita Karoli* 11: copiis undique contractis Baioariam petiturus ipse ad Lechum amnem cum magno venit exercitu. Is fluvius Baioarios ab Alamannis dividit . . . Sed . . ille . . supplex se regi permisit, obsides, qui imperabantur, dedit. 2) *V. infra a.* 824: diviso in tres partes exercitu *(D.).*

788 Mart. 30. Ingilenhaim[o], similiter[p] et pascha. Et[q] inmutavit se numerus annorum in

788.

DCCLXXXVIII. Tunc domnus rex Carolus congregans synodum[a] ad iamdictam villam Ingilenhaim[b], ibique veniens Tassilo ex[c] iussione domni regis, sicut et ceteri eius vassi[d]; et coeperunt[e] fideles Baioarii dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet, nisi postea fraudulens[f] apparuit, postquam filium suum dedit cum aliis obsidibus et sacramenta, suadente uxore sua Liutbergane[g]. Quod et Tassilo denegare non potuit, sed confessus est postea ad Avaros[h] transmisisse[i], vassos[k] supradicti domni[l] regis ad se adortasse[m] et in vitam eorum consiliasse; et homines[n] suos, quando iurabant, iubebat, ut aliter in mente retinerent et sub dolo iurarent; et quid[o] magis, confessus est se dixisse, etiamsi decem[p] filios haberet, omnes voluisset perdere, antequam placita sic manerent[q] vel stabile permitteret, sicut iuratum habuit; et etiam dixit, melius se mortuum esse quam ita vivere. Et de haec[r] omnia conprobatus, Franci et Baioarii, Langobardi et Saxones, vel ex omnibus provinciis[s], qui ad eundem[t] synodum[u] congregati fuerunt, reminiscentes priorum malorum eius, et quomodo domnum Pippinum[v] regem in exercitu[w] derelinquens et ibi, quod theodisca[x] lingua harisliz[y] dicitur, visi sunt iudicasse[z] eundem Tassilonem ad mortem. Sed dum omnes una voce adclamarent[a] capitale[b] eum ferire[c] sententiam[d], iamdictus domnus Carolus piissimus rex motus misericordia ab[e] amorem Dei, et quia consanguineus eius erat, contenuit[f] ab ipsis Dei ac suis fidelibus, ut non moriretur. Et interrogatus a iamfato clementissimo domno rege praedictus Tassilo, quid agere voluisset; ille

4 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

o) ingelhaim *A* 1. *C* 3; engilinheim *B* 2; ingilemhaim *B* 4; Ingelinhaim *B* 5; ingilinheim *D* 3. p) et sim. pascha *A* 1; et p. sim. *B* 2. *C* 1. 2. *D* 1; nat. dom. et pascha in *B* 5. *C* 3. q) et inmut. se annus. *A* 1; anno domini *C* 3.

788. a) sinodum *B* 1. 2. *D* 1. 3. b) ingelhaim *A* 1. *C* 3; ingilenheim *D* 2; ingilinheim *D* 3. c) ex — tassilo *desunt* *B* 1. d) Vasalli *A* 1; uassalli *C* 3. e) ceperunt *C* 3. *D* 3. f) fraudulans *A* 1; frandolens *B* 1. *C*. g) Luitburge *A* 1; liutberga *B* 2; Leutbergane *B* 5; liudberganę *C* 3; liutberganę *D* 3. h) Auares *A* 1. i) transiuisse *A* 1; transmisisse *B* 1. *D* 1. k) Vasallos *A* 1. l) domno rege *B* 1. m) fortasse *A* 1; adhortasse *B* 4; cohortando *C* 3; hortasse *D* 3. n) hominis *B* 1. o) quod *A* 1; q. m. *desunt* *C* 3. p) sex *C* 3. q) manarent *C* 1. 2. r) de omnibus *A* 1; de his omnibus *D* 1. s) prouintiis *C* 2. *D* 1. t) eandem *A* 1. *B* 4. *D* 3. u) sinodum *B* 1. *D* 1. 3. v) pipinum *A* 1. *B* 4. *C* 3. w) exercitum *B* 4. *C* 3. *D* 1. x) thedisca *B* 4. y) Harislig *A* 1; haristalliz *B* 1; harislit *B* 4; herisliz *D* 3. z) indicasse se *B* 1. a) acclamarent *A* 1. *B* 4. *C* 3. b) capitali *A* 1. *D* 1; capitalem *C* 3. *D* 3; capitalem sent. proclamarent *B* 2. c) feriendum *A* 1. d) sententia *A* 1. *D* 1. e) ad *A* 1; ob *C*. *D*. f) obtinuit *A* 1. *B* 2. 4. *D*; optinuit *C* 3.

in villa, quae vocatur Ingilunheim[q], quia ibi hiemaverat, et natalem Domini et pascha celebravit.

788.

DCCLXXXVIII. Cum in eadem villa generalem populi sui rex conventum fieri decrevisset ac Tassilonem ducem sicut et ceteros[a] vassos suos in eodem conventu adesse iussisset atque ille, ut ei fuerat imperatum, ad regis praesentiam pervenisset, crimine maiestatis[1] a Baioariis accusatus est. Obiciebant ei, quod, postquam filium suum obsidem regi dederat, suadente coniuge sua Liutberga[b], quae[2] filia Desiderii regis Langobardorum[c] fuit et post patris exilium Francis inimicissima semper extitit, in adversitatem regis, et ut bellum contra[d] Francos susciperent, Hunorum gentem concitaret. Quod verum fuisse rerum in eodem anno gestarum probavit eventus. Obiciebantur ei et alia conplura et dicta et facta, quae non nisi ab inimico et irato vel fieri vel proferri poterant; quorum ne unum quidem infitiari[e] coepit[f], sed noxae[g] convictus[3] uno omnium adsensu ut[h] maiestatis reus[4] capitali sententia damnatus[i] est. Sed clementia regis licet morti addic-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

q) ingilumheim 2; ingillunheim 3 *(non 5)*; ingilinheim 6; ingulenheim 8.

788. a) caeteros 1. 3. 6. b) sualiberga *e corr. (erasis litteris* ui*)* 1; liuthburga 3 *(non 5)*; leutberga 8. c) longob. 6. 7. d) c. Fr. *desunt* 6. e) inficiari 2. 3. 6. 7. f) cępit 2. 3. 6; cepit 7. g) noxię 3; noxie *corr.* noxe 7. h) *deest* 6. 7. i) dampn. 3. 6. 7.

1) *Cf. Tac. Ann. I,* 74. *II,* 50. *III,* 44 *(M.).* 2) *Vita Karoli* 11: qui hortatu uxoris, quae filia Desiderii regis erat ac patris exilium per maritum ulcisci posse putabat, iuncto foedere cum Hunis . . . bello regem provocare temptabat. 3) *Ann. Fuld.* 788: multis periuriis et infidelitatibus convictus deponitur. 4) *Cf. infra a.* 801: ut mai. rei, *et* 820: Cumque ut reus maiestatis capitali sententia damnaretur *(D.).*

vero postolavit[g], ut licentiam haberet sibi tonsorandi et in monasterio[h] introeundi et pro tantis peccatis paenitentiam[i] agendi et ut suam salvaret animam. Similiter et filius eius Theodo deiudicatus[k] est et tonsoratus et in monasterio[l] missus, et pauci Baioarii, qui in adversitate domni regis Caroli[m] perdurare voluerant[n], missi sunt in exilio[o].

Eodem*que[p] anno commissum est bellum[1] inter Grecos et Langobardos[q], id est duce Spolitino[r] nomine Hildebrando seu duce Grimaldo[s], quem domnus rex *p. 174. Carolus[t] posuit ducem super Beneventanos[2]; et fuit missus Wineghisus[u] una cum paucis Francis, ut praevideret eorum omnia, quae gessissent. Et auxiliante Domino victoria est facta a Francis seu supranominatis Langobardis. Idem[v] similiter et alia pugna commissa est inter Avaros in[w] loco, cuius vocabulum est[x] . . . . , et Francis[y], qui in Italia[z] commanere[a] videntur; opitulante Domino victoriam obtinuerunt[b] Franci[c], et Avari cum contumelia reversi sunt, fuga lapsi sine[d] victoria. Tertia pugna commissa est inter Baioarios et Avaros in campo Ibose[e, 3], et fuerunt ibi missi domni regis Caroli Grahamannus[f] et Audaccrus[g] cum aliquibus Francis; Domino auxiliante victoria fuit Francorum[h] seu Baioariorum. Et ista omnia supradictus dux Tassilo seu malivola uxor eius, Liutberga[i] Deo odibilis[k], per fraudem consiliaverunt. Quarta pugna fuit commissa ab Avaris, qui voluerunt vindictam peragere contra Baioarios. Ibi similiter fuerunt missi domni regis Caroli, et Domino protegente victoria christianorum aderat. Avari fugam

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

g) postulauit *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D* 3. h) monasterium *A* 1. *B* 2. 4. *C*. *D* 3. i) poenitentiam *A* 1. *B* 1; penitentiam *C* 2. 3. *D* 3. k) diiudicatus *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D* 1. l) monasterium *A* 1. *B* 2. 4. *D* 3. m) Car. Regis *A* 1; car. *etiam* *C* 2; *deest* *C* 3. n) *ita* *B* 1; perdurauerunt *A* 1; uolebant *B* 4. *C*. *D*. o) exilium *A* 1. *D* 3. p) Eodem quoque *A* 1. *C* 3. q) Longobardorum *B* 5; longabardos *D* 3. r) Spoletano *A* 1. *B* 5; de spoleto *B* 2; spolitano *B* 4. *C* 2. 3. s) grimoaldo *B* 1; Grimoldo *B* 5. t) Car. Rex *A* 1. u) VVinegisus *A* 1; *deest* *B* 1; et uuinegiso *B* 2; uuinechisus *B* 4; Winighis *B* 5; misitque uuinegysum *C* 3; inuneghisus *D* 3. v) *deest* *A* 1. *B* 5. *D* 1; id est *B* 1. *C* 1. 2; per idem tempus *B* 2; item *C* 3. *D* 3. w) in loco *desunt* *B* 1. x) *deest* *A* 1. y) Franci *A* 1; francos *B* 2. *C* 3. z) taliam *B* 4. a) conmanere *B* 4. *C* 1. b) optinuerunt *B* 2. *C* 2. 3. c) *deest* *A* 1. d) sine vict. *desunt* *C* 3. e) in c. Ib. *desunt* *A* 1; ibore *B* 1; hibose *B* 4; ibosae *C*. f) gramannus *D* 3. g) Audacerus *A* 1; audacrus *B* 1; odacer *B* 2; audacrum *C* 3; audraccus *D* 3. h) Francorum — supradictus *desunt* *A* 1. i) Luitberga *A* 1; lindberga *C* 3. k) odibili *A* 1.

1) *In Calabria; cf. Abel-Simson* 632—634. 2) *Aregiso et filio eius maiore Romualdo a.* 787. *mortuis; cf. Abel-Simson* 604 *sq.* 630 *sqq.* 3) *Ips.*

tum liberare curavit; nam mutato habitu in monasterium missus est, ubi tam religiose vixit, quam libenter intravit. Similiter et Theodo[k] filius eius tonsus et monasticae conversationi mancipatus[1] est; Baioarii quoque, qui perfidiae ac fraudis eorum conscii et consentanei fuisse reperti sunt[l], exilio per diversa loca religantur.

Huni[m] vero, sicut Tassiloni promiserunt, duobus exercitibus comparatis uno marcam[2] Foroiuliensem, altero
*p. 175. Baioariam adgressi[n] sunt, sed frustra; *nam in utroque loco victi fugatique sunt et multis suorum amissis[3] cum magno damno[o] ad loca sua se receperunt. Quam iniuriam velut vindicaturi iterum[p] Baioariam maioribus copiis petierunt, sed in prima congressione[4] pulsi a Baioariis et innumera multitudo[q] eorum caesa, multi etiam ex eis, qui per fugam evadere conati Danubium tranare voluerunt, gurgitibus fluminis absorbti sunt[5].

Interea Constantinus imperator propter negatam sibi regis filiam iratus[6] Theodorum[r] patricium Siciliae praefectum cum aliis ducibus suis fines Beneventanorum vastare iussit. Qui cum imperata exsequerentur[s], Grimoldus, qui eodem anno post mortem patris dux Beneventanis a rege datus est, et Hildibrandus[t] dux Spolitinorum[u] cum copiis, quas congregare potuerunt, in Calabria eis occurrerunt, habentes secum legatum regis Winigisum[v], qui postea[7] in ducatu Spolitino[w] Hildibrando[t] successit. Commissoque proelio[x, 8] inmodicam ex eis multitudinem ceciderunt[y] ac sine suo suorumque gravi dispendio victores facti magnum captivorum ac spoliorum numerum in sua castra retulerunt.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
k) teodo 6. l) fuisse perhibentur 3. m) Huni — frustra *desunt* 2. n) aggr. 3. 6. 7. o) dampno 3. 5. 6. 7. p) bai. iterum 3. 5. q) eorum multitudo 3. (*non* 5.) 6. 7. r) teodorum 6. s) exequ. 2. 6. 7. t) hildebr. 2. 3. u) spolitanorum 3. 5. 7; spoleti rector 8. v) uuinnigisum 7. w) spolitano 3. 5. 7. x) p̄lio 1. 3. 6. 7; praelio 2. y) ciciderunt 3. 5.

1) *Cf. infra a.* 822: monasticae conversationi se mancipavit *(D.)*. 2) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 788: Avares in marcha *(marca Sith.)* Baioariae atque Italiae . . . victi atque fugati sunt. 3) *V. infra a* 807: et multis suorum amissis . . . victique ac fugati sunt . . . quorum aliqui . . in sua loca reversi sunt *(D.)*. 4) *Eadem verba occurrunt in a.* 798. *et* 819 *(D.)*. 5) *Liv. XXI.* 56: cum alibi evadere nequissent . . . gurgitibus absumpti sunt *(M.)*. 6) *Cf. supra a.* 786. 7) *Ante a.* 799; *v. infra.* 8) *A. Fuld. (= Sith.)* 788: Grecorum exercitus . . . proelio superatur.

incipientes, multa stragia[l] ibidem facta est occidendo, et alii[m] in Danubio fluvio vitam necando emiserunt[n. 1].

Post haec omnia domnus rex Carolus[o] per semet ipsum ad Reganesburg[p] pervenit et ibi fines vel marcas Baioariorum disposuit, quomodo salvas[q] Domino protegente contra iamdictos Avaros esse potuissent. Inde vero reversus celebravit natalem Domini in Aquis pa-
789 *Apr.* 19. latio, pascha[r] similiter. Et[s] inmutavit se numerus annorum in

789.

DCCLXXXVIIII.* Inde iter permotum partibus Sclavaniae[a], quorum vocabulum est Wilze[b. 2], Domino adiuvante; et[c] una cum consilio Francorum et Saxonum perrexit Renum[d] ad Coloniam transiens per Saxoniam, usque ad Albiam[e] fluvium venit ibique duos pontes construxit, quorum uno ex utroque capite castellum ex ligno et terra aedificavit. Exinde promotus in ante, Domino largiente supradictos Sclavos sub suo dominio conlocavit[f]. Et fuerunt cum eo in eodem exercitu Franci, Saxones[g]; Frisiones[h] autem navigio per Habola[i. 3] fluvium cum quibusdam Francis ad eum coniunxerunt. Fuerunt etiam Sclavi cum eo, quorum vocabula sunt Suurbi[k. 4], nec non et Abotriti[l], quorum princeps fuit

*) Hoc vero anno, ut computatum est, depositio fuit Tilpini
Sept. 2. episcopi IIII. Non. Septembr. *add.* *C* 3.

A 1. *B* 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
l) strages *A* 1. *B* 4. *C* 3. *D* 1; stragis *D* 3. m) alios in D. flumine submerserunt *A* 1. n) *Desinente codice Laureshamensi A* 1 *(Caninius) abhinc Annalium Laureshamensium continuationem sequitur usque ad a.* 793; amiserunt *B.* o) karolus *D* 1. 3. p) reganesburgh *B* 2; Ragnisburg *B* 5; raganeburg *C* 2; regnesburg *C* 3; reginesburg *D* 1; regansburg *D* 3. q) saluum *B* 1. r) et pascha *B* 1. 2. 4. 5; domini et pascha in aqu. pal. *C* 3. s) anno domini *(omissis* Et — in*)* *C* 3.
789. a) sclauiniae *B* 5. *D* 1. b) uuiltze *B* 1; uuilzi *B* 2. *D* 2; uuilzae *C* 3. c) *deest* *B* 1. *C* 3. d) hrenum *C* 1. 2; rhenum *C* 3. *D* 1. e) albim *D* 2. f) collocauit *C* 3. *D* 1. 3. g) et saxones *B* 2. *C* 3. h) fresones *B* 2. *D* 2; frisones *C* 1. 2; Fresiones *C* 3. i) labola *B* 4; abola *C* 2. 3. k) surbi *B* 2; subarbi *B* 4; sorabos *D* 2. l) abotridi *B* 2; abotrii *C* 2; abodriti *C* 3; abodritos *D* 2; abotrici *D* 3.

1) *Hactenus fere annales uno tenore scripti videntur esse, abhinc quotannis continuati.* 2) Wilzi *(i. e.* Wlt-izi*)* *sive* Welatabi *(*Wlat-abi*)* *a radice* wlt *sive* wlat *(=* dominari, *cf. polon.* władać = *thiud.* walten*)* *dicti videntur esse. Quod nomen omnes, qui inter Abodritos et Sorabos incolebant, Sclavos complexum saeculo decimo, ut videtur, subrepente alia radice* lud *(=* populus, *conf. sorab.* liud = *thiud.* leute*)* *in* Liutizi *commutatum est; cf. C. Zeuss, 'Die Deutschen und ihre Nachbarstämme', p.* 655. 3) *Havel.* 4) *Sorben.*

Rex autem in Baioariam profectus eandem provinciam cum suis terminis ordinavit atque disposuit; atque inde regressus in Aquisgrani palatio suo, ubi hiemaverat, et diem Domini natalicium sanctumque pascha more solemni[z] celebravit.

789.

DCCLXXXVIIII. Natio[1] quaedam Sclavenorum[a] est in Germania, sedens super litus oceani, quae propria lingua Welatabi[b], francica[c] autem Wiltzi[d] vocatur. Ea Francis semper inimica et vicinos suos, qui Francis vel subiecti vel foederati[e] erant, odiis insectari belloque premere ac lacessire solebat. Cuius insolentiam rex longius sibi non ferendam ratus bello eam adgredi[f] statuit conparatoque ingenti exercitu Rhenum[g] apud Coloniam traiecit. Inde per Saxoniam iter agens, cum ad Albiam pervenisset, castris in ripa positis amnem duobus[2] pontibus iunxit, quorum unum ex utroque capite vallo munivit et inposito praesidio firmavit[3]. Ipse fluvio transito, quo constituerat, exercitum duxit ingressusque Wiltzorum[h] terram cuncta ferro et igni[i] vastari iussit. Sed gens illa, quamvis bellicosa et[k] in sua numerositate confidens, impetum exercitus regii diu sustinere non valuit[4] ac proinde, cum primum civitatem Dragawiti ventum est, — nam is ceteris[l] Wiltzorum[h] regulis et nobilitate generis et auctoritate senectutis

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
z) sollempni 6. 7.
789. a) sclauorum 6. 7; slauorum 8. b) uuetalabi 7. c) franciaca 6. d) uuilzi 3; uuilei 5; uiltzi 7; uuilti 8. e) fęder. 2. 6; fed. 3. 7. f) aggr. 3. 6. 7. g) hrenum 3; renum 5. 6. h) uultzorum 2; uuilzorum 3; uuiltorum 8. i) igne 3. k) *deest* 3. 5. l) caeteris 1. 3.

1) *Vita Karoli* 12: Sclavis, qui nostra consuetudine Wilzi, proprie vero . . . Welatabi dicuntur, bellum inlatum est. . . . Causa belli erat, quod Abodritos, qui cum Francis olim foederati erant, assidua incursione lacessebant. . . Sinus quidam ab occidentali oceano orientem versus porrigitur. . . Hunc multae circumsedent nationes. . . At litus australe Sclavi . . . incolunt. 2) *Ann. Fuld.* 789: Constructis duobus pontibus, quorum alterum . . . munivit, transito flumine Sclavorum, qui vocantur Wilzi, terram ingressus eos . . . dicioni suae subiugavit. 3) *Liv. XXI,* 57: opere magno munitum et valido firmatum praesidio *(M.)*. 4) *Cf. Caes. de b. Gall. I,* 26: diutius cum sustinere nostrorum impetum non possent *(M.)*.

Witzan[m]. Ibique[1] obsides receptos, sacramenta conplurima[n], Domino perducente Franciam[o] pervenit.

790 *Apr.* 11. Et celebravit natalem Domini in Wormatia[p], pascha[q] similiter. Et[r] inmutavit se numerus annorum in

*790.

*p. 176.

DCCXC. In sequenti vero anno nullum fecit iter, sed ibi in iamdicta civitate iterum natalem Domini cele-
791 *Mart.* 27. bravit, pascha[a] similiter. Et inmutavit[b] se numerus annorum[c] in

791.

DCCXCI.[a] Inde autem itinere permoto partibus Baioariae[b] perrexit, ad Reganesburg[c] pervenit, ibi exer-

B 1. (2.) 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
m) uuizan *B* 4; uuintzan *D* 1. n) quam plurima *B* 4. *C* 3. o) frantiam *B* 2. *C* 2. p) uuormacia *B* 1; uuarmatiam *B* 1; ad VVrmatiam *B* 5; uurmatia *C* 2. *D* 1. q) et pascha *B* 1. 2. 4; nat. dom. et pascha ad Vurm. *B* 5; nat. d. et p. in uuorm. *C* 3. r) anno domini (*omissis* Et — in) *C* 3.

790. a) pascha sim. *desunt* *B* 1; et p. sim. *B* 2. 4; nat. dom. et p. cel. *B* 5. *C* 3. b) inmutatus est num. *C* 3; mutauit *D* 3. c) ann. in *desunt* *D* 3.

791. a) *Hoc loco incipit* *B* 3. b) baioariorum *B* 2; bagoarie *B* 3. c) reganasburgh *B* 2; Ragnisburg *B* 5; renesburg *C* 3; regnesburg *C* 2. *D* 1; reganesbug *D* 3.

1) *Usque ad fluvium Pecne eum progressum esse, Ann. Laureshamensium recensione altera (Annal. Fragm. Chesnii, SS. I, 34) memoriae proditur.*

longe[m] praeminebat, — extemplo[n] cum omnibus suis ad regem de civitate processit, obsides, qui imperabantur, dedit, fidem se regi ac Francis servaturum iureiurando promisit. Quem ceteri[1] Sclavorum primores ac reguli secuti[o] omnes se regis dicioni[p] subdiderunt. Tum ille subacto illo populo et obsidibus, quos dare iusserat, acceptis eadem via, qua venerat, ad Albim[q] regressus est et exercitu per pontem reducto, rebus quoque ad Saxones pertinentibus secundum tempus dispositis in Franciam reversus est et in Wormacia civitate et natalem Domini et pascha celebravit.

*p. 177.

*790.

DCCXC. Hoc anno nullum iter exercitale a rege factum; sed in Wormacia[a] residens legatos Hunorum et audivit et suos vicissim ad eorum principes misit. Agebatur inter eos de confiniis[b] regnorum suorum, quibus in locis esse deberent. Haec contentio atque altercatio belli, quod postea cum Hunis gestum est, seminarium et origo fuit. Rex autem, ne quasi per otium[c] torpere[2] ac tempus terere[d. 3] videretur, per Moenum[e] fluvium ad Saltz[f. 4] palatium suum in Germania iuxta Salam fluvium constructum navigavit atque inde iterum per eundem amnem secunda aqua[5] Wormaciam[g] reversus est. Cumque ibi hiemaret, ipsum[6] palatium, in quo conversabatur, casu accidente nocturno[7] incendio concrematum est. Ibi tamen permanens et natalem Domini et pascha more solemni[h] celebravit.

791.

DCCXCI. Transacta verni temperie circa aestatis initium rex de Wormacia[a] movens[b] Baioariam profectus

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
m) *deest* 3. 5. n) exemplo 1; extimplo 3. 5. 6; eximplo 7. o) *deest* 1. 2. 7; omnes seqnentes 6. p) ditioni 2. 3. 6. q) albiam 3. 5.
790. a) uuormatiae 8. b) de conf. inter eos 3. 5. c) ocium 3. 6. 7. d) terrere 3. 5. e) menum 7; moinum 8. f) salz 3; salzt 7; salt 8. g) uuormatiam 3. 5. 7. 8. h) sollemni 2; sollempni 3. 6. 7.
791. a) uuormatia 3. *(non 5.)* 7. b) se mouens 6. 7.

1) *V. supra* 774 *(M.)*. 2) *Cf. V. Kar.* 19: ne per otium torperent *(D.)*. 3) Tempus terere *locutio apud Livium saepe usitata (I, 57, XXI*, 11. 48. 53. *XXII*, 25. 45) *(M.)*. 4) *Salz prope Neustadt ad Salam Francicam.* 5) *Eadem verba infra in a.* 791. 819. 826 *(M.)*. 6) *Ann. Fuld.* 791: Palatium Wormacense incendio consumptum est. 7) *Cf. Corn. Nep. Milt.* 7: nescio quo casu nocturno tempore incensus est *(M.)*.

citum suum coniunxit. Ibique consilio peracto Francorum[d], Saxonum, Frisonum, disposuerunt propter nimiam malitiam et intollerabilem[e], quam[f] fecerunt Avari contra sanctam ecclesiam[g] vel populum christianum, unde iustitias[h] per missos impetrare[i] non valuerunt, iter peragendi; cum Dei adiutorio partibus iamdictis Avarorum perrexerunt. Ad Anisam[k, 1] vero fluvium properantes
(Sept. 5—7). ibi constituerunt laetanias[l] faciendi per triduo[m] missarumque sollemnia[n] celebrandi[o]; Dei solatium postulaverunt[p] pro salute exercitus et adiutorio domini nostri[q] Iesu Christi et pro victoria et vindicta super Avaros. Supradictus vero princeps de australi parte Danubio[r] iter peragens, Saxones autem cum quibusdam Francis et maxime plurima Frisonum[s] de aquilonale[t] parte Danubii similiter iter peragentes[u, 2], ubi ad loca[v] pervenerunt, ubi iamdicti Avari[w] firmitates habuerunt praeparatas: de australi vero parte Danubii ad Cumeoberg[x, 3], de alia vero ripa in loco, qui dicitur Camp[y], quia sic nominatur ille fluvius[4], qui ibi confluit in Danubio[z, 5]. Avari[a] enim cum vidissent utrasque ripas exercitum continentes et[b] navigia per medium fluvium venientes, a Domino eis terror pervenit: dereliquerunt eorum loca munita, quae[c] supra nominata sunt, firmitatesque eorum vel machinationes dimiserunt fuga lapsi; Christo perducente populo suo utrosque exercitus sine[d] laesione[e] introduxit. Supradictus[f] exercitus sic iter peragens[g] usque ad fluvium, cuius[h] vocabulum est Raba[6]; et exinde uterque exercitus de ambobus[i] ripis ad propria reversi sunt, magnificantes Deum de tanta victoria.

B 1. (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

d) cum francis, saxonibus; fresionibus *C* 3. e) intolerabilem *B* 2. 3. 4. *C* 3. *D* 1. 3. f) quem *B* 3. g) aecclesiam *B* 4. *C* 3. *D* 3. h) iusticias *B* 1. *D* 3. i) inp. per missos *C* 1. 2. k) enisam *D* 3. l) letanias *B* 1. 3; cum letaniis *B* 2. m) triduanum ieiunium *B* 2; per triduum *C* 3. *D* 1; triduo *D* 2. n) sollempnia *B* 2. *C* 3; sollennia *B* 4; solemnia *D* 1. o) celebrando *B* 4; celebrantes *C*; celebrando *D* 3. p) postolauerunt *C* 1. 2; p̄stolauerunt *D* 3. q) n. I. Chr. *desunt* *C* 3. r) danubii *B* 2. *D* 2; per danubium *C* 3. s) frixonum *B* 1. 3; fresonum *B* 2; frixorum *B* 4; fresionum *C* 3. t) aquilonali *B* 2. *C* 3; aquiloni *B* 3; aquilone *D* 1. 3. u) peragens *B* 1. *D* 3; pergentes *B* 2. v) locum *B* 4; loco *C* 3. w) auare *B* 3. x) cuumberg *B* 2; cummeoberg *B* 4; Comisberg *B* 5; cummiberg *D* 2. y) campus *B* 3. *C*; campo *D* 3. z) danubium *B* 2. *D* 3. a) alteri *B* 1. b) et — uenientes *desunt* *B* 4. c) que *B* 4. *C* 2; quae — sunt *desunt* *C* 3. d) sine — exercitus *desunt* *B* 4. e) lesione *B* 1. 2. 3. *C* 3. f) suprascriptus *C* 1. 2 g) peragentes *B* 4. *C* 2. *D* 3; peragens *corr.* peragentes *B* 3. *C* 1; peregerunt *C* 3. h) cui *B*. *D* 3. i) ambabus *B* 4. *C* 3. *D* 1.

1) *Enns. De hac expeditione cf. Simson, 'Jahrbücher' II,* 16—25.
2) *Haec divisio iam inde a Regensburg facta esse videtur; Simson p.* 17.
3) *Wiener Wald; Simson p.* 23. 4) *Cui etiamnunc nomen est Kamp.*
5) *Infra Krems.* 6) *Raab.*

est, ea meditatione[c], ut Hunis[1] factorum suorum vicem redderet et eis, quanto celerius posset, bellum inferret. Comparatis igitur ad hoc ex omni regno suo quam validissimis copiis et commeatibus congregatis bipertito[d] exercitu iter agere coepit[e]. Cuius partem Theoderico[f] comiti et Meginfrido[g] camerario suo committens eos per[2] aquilonalem Danubii ripam iter agere iussit. Ipse cum alia[h] parte, quam secum retinuit, australem eiusdem fluminis ripam Pannoniam petiturus occupavit, Baioariis cum commeatibus exercitus, qui navibus devehebantur[i], per Danubium secunda aqua descendere iussis. Ac sic inchoato itinere prima castra super Anesum posita sunt; nam is fluvius inter Baioariorum atque Hunorum terminos medius currens certus duorum regnorum limes[3] habebatur. Ibi supplicatio[4] per triduum facta, ut id bellum prosperos ac felices[5] haberet eventus; tum demum castra mota, et bellum genti Hunorum[k] a Francis indictum est. Pulsis igitur Hunorum praesidiis ac destructis munitionibus, quarum una super Cambum fluvium, altera iuxta Comagenos[1] civitatem in monte Cumeoberg[m] vallo firmissimo erat exstructa, ferro et igni[n] cuncta vastantur. Cumque rex cum eo, quem ducebat, exercitu usque ad Arrabonis fluenta venisset, transmisso eodem fluvio per ripam eius usque ad locum, in quo is Danubio miscetur, accessit ibique per aliquot dies stativis habitis[6] per Sabariam[o, 7] reverti statuit. Alias vero copias, quibus Theodericum[p] et Meginfridum praefecerat, per Beehaimos via, qua venerant, reverti praecepit. Sic peragrata ac devastata magna parte Pannoniae cum incolomi exercitu Francorum[8] in Baioariam se recepit. Saxones autem et Frisiones cum Theoderico[q] et Meginfrido per Beehaimos, ut iussum erat, domum regressi sunt. Facta est[r] haec

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

c) conditione 6. 7. d) bipertitu *corr.*-to 1; bipertitu 2. e) cepit 2. 3. 6; cepit 7. f) theodorico 1; teoderico 6; theodrico 8. g) magenfrido 8. h) *deest* 3. i) deuebantur 1. 2. k) honorum 1. l) camag. 7. m) cumberg 8. n) igne 3. o) sabaniam 1. p) theodoricum 1; teodericum 6. q) theoricho 1; teoderico 6. r) autem est 2; est autem 3. 5.

1) *Ann. Fuld.* 791: propter . . caedes, quas Huni exercuerunt. 2) *Ann. Fuld.:* Ipse . . ex australi parte Danubii . . . Fresonibus vero et, qui cum ipsis deputati sunt, navali evectione per alveum euntibus . . . Hunis perterritis . . omnes eorum regiones usque ad Raba fluvium ferro et igni devastat. 3) *Cf. V. Kar.* 7: certo limite *(D.)*. 4) *Cf. Liv. XXII,* 1: uti supplicatio per triduum haberetur *(D.)*. 5) *Cf. V. supra a.* 784 *(M.)*. 6) *V. supra a.* 779 *(M.)*. 7) *Sarvar in comitatu Eisenburgensi.* 8) *V. infra a.* 827: cum incolomi exercitu . . se . . reciperet *(D.)*.

Et celebravit[k] domnus rex Carolus[l] natalem Do-
792 Apr. 15. mini in Reganesburg[m], pascha[n] similiter. Et[o] inmutavit se numerus annorum in

*792. *p.

Apr. 15. DCCXCII. Natalem[a] Domini et pascha in Reganesburg. Heresis[b] Feliciana primo ibi condempnata[c] est; quem[d, 1] Angilbertus[e, 2] ad praesentiam Adriani[f] apostolici adduxit, et confessione facta suam heresim iterum abdicavit.*

V. K. 20 et A. Sith. *) *In recensione D et in codice B 3 [g] haec adduntur:* Coniuratio[3] contra regem a filio eius Pippino[h] facta, detecta et conpressa est.

B 1. (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
k) *Post hoc vocabulum unum folium deest in codice B* 1. l) karolus *B* 4 *C* 2. 3; *deest D*; rex *postponitur C* 1. 2. m) reganasburgh *B* 2; Ragnisburg *B* 5; regnesburg *C* 3; reginesburg *D* 1; regansburg *D* 3. n) et pascha *B* 2. 4. 5. o) Emutavit *C* 1; anno domini nostri iesu christi *C* 3; et mutauit *D* 3.

792. a) Natalem — Reganesburg *desunt B* 2. 3. *C* 3. *D*; Natale Domini et pascha ibidem celebrata *B* 5. b) Hic peruenit heresis feliciana primitus audita et in regnesburg primo cond. est *C* 3. c) condemnata *B* 3. 5. *C* 1. *D* 3; dampnata *B* 4. d) quem felicem *B* 2; quam *C* 3. *D* 1. 3. e) engilbertus *B* 2; aughilbertus *B* 3. *D* 1; engelbertus *C* 3; angibertus *D* 3. f) hadriani *B* 3. *C* 1. 2. g) *Ibi hoc ordine:* Coniur. — est. Heresis — abdicauit. Eodem *etc.* h) pipinno *D* 1.

1) *Scil. Felicem.* 2) *Abbas S. Richarii.* 3) *Vita Karoli* 20: Erat ei filius nomine Pippinus . . . Is . . adversus patrem coniuravit. Quem post fraudem . . vacare permisit. *Inde Ann. Sith.* 792: Conspiratio Pippini contra patrem facta. *Conf. ibid.* 785: Coniuratio . . . exorta et cito compressa.

expeditio sine omni rerum incommodo, praeter quod in[s] illo, quem rex ducebat, exercitu tanta[t] equorum lues exorta est, ut vix decima pars de tot milibus equorum remansisse dicatur. Ipse autem cum dimissis copiis Reginum civitatem, quae nunc Reganesburg vocatur, venisset et in ea hiematurus consedisset, ibi natalem Domini et pascha celebravit.

*p. 179.

*792.

DCCXCII. Orgellis[a, 1] est civitas in Pyrinei[b] montis iugo[2] sita, cuius episcopus nomine Felix, natione Hispanus, ab Elipando[c] Toleti episcopo per litteras consultus, quid de humanitate salvatoris dei et domini nostri Iesu Christi sentire deberet, utrum secundum id, quod homo est, proprius an adoptivus Dei filius credendus esset ac dicendus, valde incaute atque inconsiderate et contra antiquam catholicae ecclesiae doctrinam adoptivum non solum pronuntiavit, sed etiam scriptis ad memoratum episcopum libris, quanta potuit pertinacia[d], pravitatem intentionis suae defendere curavit. Huius rei causa ductus ad palatium regis, — nam is tunc apud[3] Reginum Baioariae civitatem, in qua hiemaverat, residebat, — ubi congregato episcoporum concilio auditus est et errasse convictus; ad praesentiam Adriani pontificis Romam missus ibi etiam coram ipso[e] in basilica beati Petri apostoli heresim[f] suam damnavit[g] atque abdicavit. Quo facto ad civitatem suam reversus est.

Rege vero ibidem aestatem[4] agente facta est contra illum coniuratio a filio suo maiore, nomine Pippino, et quibusdam[5] Francis, qui se crudelitatem Fastradae reginae ferre non posse adseverabant[h] atque ideo in necem regis[6] conspiraverant. Quae cum per Fardulfum Langobardum[i] de-

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
s) *deest* 3 *(non* 5.*)*. t) tanto 3. 5.
792. a) Argellis 7. b) pirinei 1. 5. 6. 7; pirenei 2. 3; pyrenaei 8. c) helipando 8. d) pertinatia 3. 6. 7. e) *deest* 6. 7. f) heresem 1. 2. g) dampn. 3. 6. 7. h) asseu. 3 *(non* 5*)*. 6. 7. i) longob. 6. 7.

1) *Urgel.* 2) *Cf. V. Karoli* 9: in ipso Pyrinei iugo, *et* 15: totumque Pyrinei montis iugum. 3) *Ann. Fuld.* 792: Haeresis Feliciana ipso auctore eam abnegante apud Reganesburg primum damnata est: qui etiam . . adductus denuo eam damnavit. 4) *Hoc discrepat a V. Karoli* 20: cum pater . . hiemaret. 5) *V. Kar.* 20: Is . . . cum quibusdam e primoribus Francorum, qui eum . . inlexerant, adversus patrem coniuravit. . . . Harum tamen coniurationum Fastradae reginae crudelitas causa et origo extitisse creditur; et idcirco . . contra regem conspiratum est. 6) *Cf. Iust. XVI,* 5: in necem tyranni conspirant *(M.)*.

Eodem anno nullum[1] iter exercitale factum est. Pons super navigia flumina transeuntia factus est, anchoris et funibus ita coherens, ut iungi et dissolvi possit.
793 *Apr.* 7. Ibi[i] natalem Domini, ibi[k] pascha celebratum est[l]. Et inmutavit se[m] numerus annorum[n] in

793.

DCCXCIII. Rex autumnali tempore de Reganesburg[a] iter navigio faciens[b] usque ad fossatum magnum inter Alcmana[c, 2] et Radantia[d, 3] pervenit, ibique missi

B (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2). 3.
i) et celebrauit domnus rex *D*. k) domini et pascha *B* 5. *C* 3; ibi similiter pascha *D*. l) celebrauit *B* 2. 4. 5; celebrauit karolus rex *C* 3. m) se num. ann. *desunt* *D* 1. n) ann. domini *C* 3.
793. a) reganasburgh *B* 2; ragenisburg *B* 4; Ragnisburg *B* 5; ragenesburg *C* 1. 2; regnesburg *C* 3; ragnesburg *D* 1; regansburg *D* 3. b) fatiens *C* 2. *D* 3. c) alcmonia *B* 2; Alemana *B* 5; alamana *C* 2; alcmonam *D* 2,; alimanna *corr.* alemanna *D* 3. d) radenza *B* 2; Radentia *B* 5; radancia *C* 1; radantiam *D* 2.

1) *Scilicet ab ipso rege; cf. Simson p.* 37 *et* 52. 2) *Altmühl.* 3) *Rednitz sive Rezat; Simson p.* 55.

tecta fuisset, ipse ob meritum fidei servatae monasterio sancti Dionysii[i] donatus est, auctores[1] vero coniurationis ut rei maiestatis[2] partim gladio caesi, partim patibulis suspensi ob meditatum scelus tali morte multati sunt.

Rex[3] autem propter bellum cum Hunis susceptum in Baioaria sedens pontem[4] navalem, quo in Danubio ad id bellum uteretur, aedificavit ibique natalem Domini et sanctum pascha celebravit.

793.

DCCXCIII. Cum rex bellum a se inchoatum conficere cuperet et Pannoniam iterum petere disposuisset, allatum est copias, quas Theodericus[a] comes per Frisiam ducebat, in pago Hriustri[b] iuxta Wisuram fluvium a Saxonibus esse interceptas atque deletas. Cuius rei nuntio accepto magnitudinem damni dissimulans iter in Pannoniam intermisit.

Et cum ei persuasum esset a quibusdam, qui id[c] sibi compertum esse dicebant, quod si inter[5] Radantiam[d] et Alcmonam[e] fluvios[f] eiusmodi fossa duceretur, quae esset navium capax, posse percommode a Danubio in Rhenum[g] navigari, quia horum fluviorum alter Danubio, alter[h] Moeno[i] miscetur, confestim cum omni comitatu suo ad locum venit ac magna hominum multitudine congregata totum autumni tempus in eo opere consumpsit. Ducta est itaque[k] fossa inter praedictos fluvios duum milium passuum longitudine, latitudine trecentorum pedum; sed in cassum. Nam propter iuges pluvias[6] et terram, quae palustris[l] erat, nimio humore naturaliter infectam[m] opus, quod fiebat, consistere non potuit; sed quantum interdiu terrae a fossoribus fuerat egestum, tantum noctibus humo iterum in locum suum relabente subsidebat.

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
i) dyonisii 2. 7; dionisii 3. 6.
793. a) theodoricus 2; teoder. 6; theodricus 8. b) rustri 6. c) quid 1. 2. d) radantia 1. 2. e) alomonam 1—5; alimonam 6; alamoneam 7; alcmona 8. f) fluuius 1. 2. g) renum 3. 5 6. h) *deest* 1. 2. i) moino 8. k) *deest* 3 (*non* 5). l) planstris 1. 2. 3 (*non* 5). m) infecta 6. 7.

1) *Ann. Fuld.* 792: auctoribus factionis partim morte, partim exilio et caecitate damnatis. 2) *Cf. infra a.* 801. *et supra a.* 788 (*M.*). 3) *V. Kar.* 20: cum pater bello contra Hunos suscepto in Baioaria hiemaret. 4) *Ann. Fuld.* (= *Sith.*) 792: Pons navalis in Danubio factus est. 5) *Ann. Sith.* (= *Fuld.*) 793: Fossa a rege facta inter Radantiam et Alcmonam fluvios. 6) *V. infra a.* 820: propter iuges pluvias et aerem nimio humore resolutum (*D.*).

apostolici cum magnis muneribus praesentati sunt. Ibi missus nuntiavit[e] Saxones iterum fidem[f] suam fefellisse. Inde per Radantia[g] in Mohin[h, 1] navali[i] iter peragens, natalem Domini celebravit ad sanctum Chilianum[k] in Wirzinburg[l]. Et[m] inmutatus est numerus annorum in

*794. *p. 18

Mart. 23. DCCXCIIII. Pascha celebratum est in Francono-
(Iun. 1). furt[a]; ibique congregata est synodus[b] magna[2] episcoporum Galliarum, Germanorum, Italorum[c] in praesentia[d] iamfati principis et missorum domni apostolici Adriani[e], quorum nomina haec sunt, Theofilactus[f] et Stephanus[g] episcopi. Ibi tertio[h] condempnata[i] est heresis Feliciana, quam dampnationem[k] per auctoritatem sanctorum patrum in libro conscripserunt, quem librum[3] omnes sacerdotes manibus propriis subscripserunt. Ibi
(Aug. 10). obiit Fastrada[l] regina et in sancto Albano[4] honorifice
Syn. Franc. sepulta est. Pseudosynodus[m] Grecorum[5], quam falso[n] septimam vocabant, pro[o] adorandis imaginibus fecerunt, reiecta est a pontificibus.

Inde motus est exercitus partibus Saxoniae per duas turmas: in unam[p] fuit domnus Carolus[q] gloriosissimus rex; in aliam[r] misit domnum Carolum[s] nobilissimum filium suum per Coloniam. Saxones autem

B (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
e) nunciauit *B* 3. *C* 1. *D* 3; nunciauerunt *B* 5. f) fidem suam *desunt* *C* 1. 2. g) radenza *B* 2; sadantia *B* 3. h) mochin *B* 4. i) nauale *B* 4. *D* 1; nanaliter pergens *C* 3. k) cilianum *B* 3. 5; killiaum *C* 3. l) uuirzaburgh *B* 2; uuirsiburg *B* 3; uuirsiuburg *B* 4. *C* 3; uursinburg *D* 1; uuirzeburg *D* 3. m) anno domini *C* 3; et inmutauit in *D* 1.

794. a) fracnofurt *B* 4. *D* 1; Franconifort *B* 5; franchonofurt *C* 1. 2; francono ford *C* 3; franchenfurd *D* 3. b) sinodus *B* 2. 3. *D* 1. 3. c) italiorum *C*. *D* 3. d) *A syllabis* sencia *post folium amissum denuo incipit* *B* 1. e) hadriani *B* 5. *C* 1. 2. f) theophilus *B* 2; Theofilac *B* 5. g) sthephauus *B* 1; stefanus *B* 3. h) tercio *B* 4. *C* 1. *D* 3. i) condemnata *B* 1. 5. *C* 1. k) damnationem *B* 1. *C* 1. *D* 1. l) fastrada *corr.* fastradane *B* 4; fastradana *D* 3. m) -sinodus *B* 1. 2. 3. *D* 3. n) false *B* 1; (*deest* *B* 2;) falle *B* 3. o) quam pro *B* 2. *C* 3. p) una *B* 5. *C* 2. *D* 1. 3. q) karolus *C* 2. 3. *D* 1. 3. r) alium *B* 1; alia *B* 5. *D* 1. s) karolum *B* 4. *C* 2. 3. *D* 1.

1) *Main.* 2) *De qua cf. Simson, p.* 63—84; *Legum Sect. II, tom. I, p.* 73—78 *(Synodus Franconofurtensis), Mansi, Collectio sacrorum conciliorum XIII,* 863—926 *(documenta Franconofurti data).* 3) *Edid. Mansi, p.* 883—899. 4) *Mogontiaci.* 5) *A.* 787. *Nicaeae habita et Constantinopoli finita; cf. Syn. Franconof. cap.* 2: Allata est in medio questio de nova Grecorum synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopolim fecerunt, ... qui supra sanctissimi patres nostri omnimodis adorationem et servitutem rennuentes contempserunt atque consentientes condempnaverunt.

In hoc opere occupato duo valde displicentia de diversis terrarum partibus adlata[n] sunt: unum erat Saxonum[1] omnimoda defectio, alterum quod Sarraceni[o, 2] Septimaniam ingressi proelioque cum illius limitis custodibus atque comitibus conserto multis Francorum interfectis victores ad sua regressi sunt[3]. Quibus rebus commotus in Franciam reversus est celebravitque natalem Domini apud sanctum Kilianum[p] iuxta Moenum[q] fluvium, pascha vero super eundem fluvium in villa Franconovurd[r], in qua et hiemaverat.

*p. 181. ***794.**

DCCXCIIII. Rex propter condemnandam[a] heresim Felicianam aestatis initio, quando et generalem populi sui conventum habuit, concilium episcoporum ex omnibus regni sui provinciis in eadem villa congregavit. Adfuerunt[b] etiam in eadem synodo et[c] legati sanctae Romanae ecclesiae, Theophylactus[d] ac Stephanus episcopi, vicem tenentes eius, a quo missi sunt, Adriani papae. In[4] quo concilio et heresis memorata condemnata[e] est et liber contra eam communi episcoporum auctoritate conpositus, in quo omnes propriis manibus subscripserunt. Synodus[f] etiam, quae ante paucos annos in Constantinopoli sub Herena[g] et Constantino filio eius[5] congregata et ab ipsis non solum septima, verum etiam universalis est appellata, ut nec septima nec universalis haberetur diceretur've, quasi supervacua in totum ab omnibus abdicata est. Mortua[6] est ibi et[h] Fastrada regina, et Mogontiaci[i] apud sanctum Albanum sepulta.

Quibus peractis rex bipertito exercitu Saxoniam petere statuit, eo videlicet modo, ut ipse cum dimidia parte copiarum ab australi parte intraret, Karlus[k] vero filius eius cum alia medietate Rhenum[l] apud Coloniam traiceret et in eandem regionem ab occidente veniret.

E. 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
n) allata 3. 6. 7. o) saraceni 2. p) chilianum 1. 2; kylianum 7. q) moini fluenta 8. r) franconouurt 3. 5; -uuro 7; franconoford 8.
a) condempn. 2. 3. 6. b) aff. 3. 6. 7. 8. c) *deest* 3. 5. d) theophil. 2. 7. 8; teophil. 6. e) condempn. 2. 3. 5. 6. 7. f) Sinodus 3. 5. 6. g) helena 3. 5. 6; herena *corr.* helena 7. h) *deest* 3. 5. 6. i) mogontia 3. 5; magontiaci 6; montiaco 7. k) carolus 1. 5. 6. 8; karolus 2. 3. 7. l) renum 3. 6.

1) *Ann. Sith.*: Saxonum defectio; *cf. supra a.* 783. *et infra a.* 816: omnimoda defectione *(D.)*. 2) *Ann. Sith. (= Fuld.)*: Proelium factum inter Sarracenos et Francos in Gothia, in quo Sarraceni superiores extiterunt. 3) *Cf. Lembke I,* 360 *sq.* 4) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 794: Synodus . . in qua . . . 5) *I. e. Irena Leonis IV. imperatoris vidua et filio eius Constantino VI. Porphyrogenneto* (780—797). 6) *Ann. Fuld.* 794: Fastrada regina moritur et Mogontiaci apud sanctum Albanum honorifice sepulta est.

congregantes se in campo, qui dicitur Sinistfelt[t, 1], praeparantes se quasi ad pugnam; cum vero audissent se ex duabus partibus esse circumdatos, dissipavit Deus consilia eorum, et quamvis fraudulenter[u] et christianos se et fideles domno regi[v] fore promiserunt. Rex ad palatium[w], quod Aquis vocatur, rediit ibique natalem
795 *Apr.* 12. Domini celebravit et pascha. Et[x] inmutavit se numerus annorum in

795.

DCCXCV. In quo etiam[a] rex venit ad locum, qui dicitur Cuffinstang[b, 2], in[c] suburbium[d] Mogontiacensis[e] urbis, et tenuit ibi placitum suum. Audiens vero, quod Saxones more solito promissionem suam, quam de habenda christianitate et fide regis tenenda fecerant, irritam fecissent, cum exercitu in Saxoniam ingressus est et usque ad fluvium Albim[f] pervenit ad locum, qui dicitur Hliuni[g, 3]; in quo tunc Witzin[h] Abodritorum[i] rex a Saxonibus occisus est. Ibi etiam venerunt missi tudun[k], qui in gente et regno Avarorum magnam potestatem habebat; qui dixerunt, quod idem tudun[k] cum terra et populo suo se regi[l] dedere vellet et[m] eius ordinatione[n] christianam fidem suscipere vellet.

Rex[4] vero afflictis magna ex parte Saxonibus eorumque terra vastata acceptisque eorum[o] obsidibus in Gallias rediit et in palatio, qui[p] vocatur Aquis[q], natalem Domini celebravit et pascha similiter[r]. Et[s] inmutavit se numerus annorum in

B 1. (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
t) sinittelt *B* 1. *C* 1. 2; finisfelt *B* 2; sinasfelt *B* 4; Sinisfelt *B* 5; sinitfelde *D* 2; sinitsfelt *D* 3. u) fraudolenter *B* 5. *C* 3. v) rege *B* 1. *D* 3. w) palacium *B* 1. *C* 1. x) anno domini *C* 3; Et inmutanit in *D* 1.
795. a) rex etiam *B* 1. 3. b) cuffinstein *B* 2; cuffinstane *B* 3; Cufstagnum *B* 5; cuffinstain *C* 1. 2; cussinstang *D* 1; chusstagn *D* 3. c) et in *B* 1. d) suburbio *B* 2. 4. e) maganciacensis *B* 1; magontiam *B* 2; moguntiacensis *B* 4; magontiacensis *C* 2. f) albia *B* 2; Albiam *B* 5; albin *C* 2; albium *C* 3. g) liuns *B* 4; Hluini *B* 5; hiliuni *C* 3; libum *D* 1. h) uuizzan *B* 2; uuizzinn *B* 4; uuizziu *C* 3. *D* 1. 3; uuitzan *D* 2. i) abrotidorum *B* 2; obodritorum *B* 4; abadritorum *D* 1. k) thudun *B* 2. 3. 5. l) rege *B* 1. m) et — vellet *desunt* *C* 1. 2. n) ordinationem *B* 1. *D* 3. o) *deest* *B* 2. 4. 5. p) quod *D* 1. q) aquisgrani *B* 4. r) nat. dom. et pascha celebr. *B* 5. *C* 3. s) anno domini *C* 3.

1) *Das Sendfeld a meridie urbis Paderborn.* 2) *Kostheim.* 3) *Lüne prope Lüneburg.* 4) *Abhinc alius scriptor annales videtur continuavisse, qui haud scio an Einhardus fuerit; cf. 'Neues Archiv' XX, 40 sq., XXI, 54—58.*

Quo facto, licet Saxones in campo, qui Sinotfeld[m] vocatur, quasi proelium[n] cum rege commissuri consedissent ibique adventum eius opperirentur[o], amissa victoriae spe, quam sibi paulo ante falso pollicebantur, ad deditionem omnes conversi sunt victique sine proelio[p] regis victoris potestati se subdiderunt. Dederunt igitur obsides et iureiurando fidem se regi servare velle[q] promiserunt. Sic omisso proelio[p] et Saxones domum reversi sunt et rex transmisso Rheno[r] in Galliam se recepit; et cum Aquasgrani venisset, ibidem hibernis habitis et natalem Domini et pascha celebravit.

795.

DCCXCV. Quamquam Saxones aestate praeterita et obsides dedissent et, secundum quod iussi erant, sacramenta iurassent, rex tamen illorum perfidiae non inmemor[a] conventum generalem trans Rhenum[b] in villa Cuffesstein[c], quae super[d] Moenum[e] contra Mogontiacum[f] urbem sita est, more solemni[g] habuit atque inde cum exercitu Saxoniam ingressus pene totam populando peragravit. Cumque in pagum Bardengoi pervenisset et iuxta locum, qui Bardenwih[h. 1] vocatur, positis castris Sclavorum, quos ad se venire iusserat, expectaret adventum, subito ei nuntiatum est, Witzinum[i] regem Abodritorum, cum Albim traiceret, in dispositas a Saxonibus insidias in ipso flumine incidisse et ab eis esse interfectum. Quod factum animo[k] regis ad Saxones citius[l] debellandos velut quosdam stimulos addidit et in odium perfidae gentis amplius excitavit. Terra igitur magna ex parte vastata et obsidibus, quos dare iusserat, acceptis in Franciam reversus est. In[2] hac expeditione, dum castra super Albim haberet, venerunt ad eum legati de Pannonia unius[m] ex primoribus Hunorum, qui apud suos tudun vocabatur[n]: is et suum adventum[o] et se christianum fieri velle promisit. Rex autem Aquasgrani[p] veniens sicut et anno superiore[q] ibi temporibus suis et natalem Domini et pascha celebravit.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

m) sinotfeldus 2; sinofeld 6; sinotfeldum 7; sinothfeld 8. n) p̄lium 2. 6. 7. o) operir. 3. 5. 6. 7. p) prẹlio 2; p̄lio 1. 3. 5. 6. 7. q) uelle seruare 3. r) reno 3. 5. 6. 795. a) imm. 3. 6. 7. b) renum 3. 6. c) cuffestein 2. 7; cuftestē 3. d) supra 3. e) menum 2; menum 5. 7. f) magontiacum 3 (*non* 5); montiacum 7. g) sollempni 3. 6. 7. h) bardeniuuih 2; bardenuuig 3. 5; bardenuuik 6; bardonuuich 8. i) uuitzun 8. k) animum 1. 2. 6. 7. l) cicius 2. 6. 7. m) unus 3. 5. n) uocatur 6. 7; uocabatur tudun 3. 5. o) uentum 1. 2. p) aquisgrani 3. 5. 7. q) priori 3; superiori 5.

1) *Bardowiek.* 2) *Ann. Fuld.* 795: In quo loco tudun, qui in gente Hunorum magnae potestatis erat, per legatos suos se et terram . . . regi daturum et christianum futurum esse promisit.

*796.

*p. 182.

(795 Dec. 25.) DCCXCVI. Adrianus[a] papa obiit, et Leo, mox ut in locum eius successit, misit legatos cum muneribus ad regem; claves etiam confessionis sancti Petri et vexillum Romanae urbis eidem direxit[1]. Sed et Heiricus[b] dux (795.) Foroiulensis[c] missis hominibus suis[d] cum Wonomyro[e] Sclavo[2] in Pannonias[f] hringum[g] gentis Avarorum longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter se principibus, spoliavit, — chagan[h] sive iuguro[i] intestina clade addictis et a suis occisis — thesaurum priscorum regum multa seculorum[k] prolixitate collectum domno regi[l] Carolo[m] ad Aquis palatium[n] misit. Quo accepto peracta Deo largitori omnium bonorum gratiarum actione idem vir prudentissimus atque largissimus et Dei dispensator magnam inde partem Romam[o] ad limina apostolorum misit per Angilbertum[p] dilectum abbatem suum; porro reliquam partem obtimatibus[q], clericis sive laicis, ceterisque fidelibus suis largitus est.

In eodem anno[3] tudun[r] secundum pollicitationem suam cum magna parte Avarorum[s] ad regem venit, se cum populo suo et patria regi dedit[t]; ipse et populus baptizatus est, et honorifice muneribus donati redierunt.

Rex collectis exercitibus suis Saxoniam ingressus est, filium suum Pippinum[u] regem Italiae in Pannonias cum exercitu[v] misso. Cuius legationes ad eum in eadem Saxonia venerunt, una, quae dixit occurrisse ei kagan[w] cum ceteris optimatibus[x], quem sibi Avares[y] post inter-

B 1. (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

796. a) hadrianus *B* 1. 5. *C* 1. 2. b) heirichus *B* 1; heinricus *B* 2. *D* 3; Ericus *B* 5. c) foroiulanerum *B* 2; forolulensis *B* 3; furiulensis *B* 4. *C* 1. 2; Foroiuliensis *B* 5; firiulensis *C* 3; foroiuliensem *D* 2; furinlensis *D* 3. d) *deest D*. e) uuonomiro *B* 2. 4. 5. *C* 3; uunomyro *D* 1. f) panonias *B* 3. g) iringum *B* 2; hyingum *B* 3; hrigum *B* 4. h) clagan *B* 1. i) iugurro *B* 1. *D* 2; Vigurro *B* 5; iugurt *C* 3. k) saeculorum *C* 1. 3. *D* 1. 3. l) rege *B* 1. 3. m) carolo rege *B* 1; karolo *C* 2. 3. *D* 1. 3. n) palacium *B* 1. *C* 1. 2. *D* 1. o) romae *C* 3. p) anghilbertum *B* 3; ingelbertum *C* 3; anghibertum *D* 3. q) optimatibus *B* 2. 5. *C* 1. 3. r) thudun *B* 1. 2. 5; tundun *B* 3. s) avarum *D*. t) tradidit *B* 2. 5; dedidit *B* 3. u) pipinum *B* 4; pipinnum *D* 1. v) exercitu suo *B* 1; exerto *B* 3; exercito *C* 1. 2. *D* 3. w) kaiam *B* 2; cagan *B* 4; Chagan *B* 5. x) obtimatibus *B* 1. 3. *C* 2. y) auaris *C* 3.

1) *Hanc legationem a.* 796. *demum advenisse consentaneum est; quamobrem etiam mors Adriani ad hunc annum refertur. Legati ab Erico cum praeda Avarica Aquas missi paulo ante Romanos eo pervenerunt, tamen ipsi quoque fortasse eiusdem demum anni initio; cf. Simson* 99 *n*. 3. 2) *Slovenorum, ut videtur, principe.* 3) *Ante expeditionem Saxonicam; in Ann. Lauresham., quos Simson* (117 *n*. 4) *accuratiores nostris existimat, adventus tuduni cum legatione eius anno priore missa confunditur.*

*p. 183.

*796.

DCCXCVI. Romae[a] Adriano[b] defuncto[1] Leo pontificatum suscepit et mox per legatos suos claves confessionis sancti Petri ac vexillum Romanae urbis[c] cum aliis muneribus regi misit rogavitque, ut aliquem de suis optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subiectionem per sacramenta firmaret. Missus est ad hoc Angilbertus[d], abbas monasterii sancti Richarii[2]; per quem etiam tunc ad sanctum Petrum magnam partem thesauri, quem Ericus[e] dux Foroiuliensis spoliata Hunorum[3] regia[4], quae hringus[f] vocabatur[g], eodem anno regi[h] de Pannonia detulerat, misit; reliquum vero inter optimates et aulicos ceterosque[i] in palatio suo militantes liberali manu distribuit.

Atque his expletis ipse cum exercitu Francorum[k] Saxoniam petiit[l], Pippinum vero filium suum cum Italicis ac Baioaricis copiis in Pannoniam ire iussit. Et ipse quidem Saxonia ex magna parte vastata[5] ad hiemandum Aquasgrani[m] revertitur; Pippinus autem Hunis trans Tizam[6] fluvium fugatis eorumque regia, quae, ut dictum est, hringus[n], a Langobardis autem campus[7] vocatur[o], ex toto destructa, direptis[8] pene omnibus[9] Hunorum[p] opibus ad patrem Aquisgrani[q] hiberna habentem venit ac spolia regni[r], quae secum detulit, eidem praesentavit.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)

796. a) Rome 2. 3. 6. 7. b) hadriano 1. 2. c) ecclesiae 6. 7. d) angilberdus 1; engelbertus 7. e) *deest* 3 *(non* 5*)*; heinricus 7; erichus 8. f) rhingus 2; ringus 3. 6; hrincus 5; hritigus 7. g) uocatur 3 *(non* 5*)*. 7. h) de pann. regi 3. 5. i) caeter. 1. 2. 3. k) frangorum 2. l) peciit 3. 6. 7. m) aquisgrani 3. 5. 7; aqu. palatio 3. 5. n) ringus 6. o) uocatur a longob. *(omissis* autem campus*)* 6. 7. p) honorum 1. q) aquasgr. 6. r) *deest* 3 *(non* 5*)*.

1) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 796: Adriano pontifice defuncto Leo papa successit. 2) *St. Riquier.* 3) *Ann. Fuld.* 796: principibus Hunorum . . occisis campus eorum, quem vocant hringum, primo per Ehericum ducem Foroiuliensem . . . captus est. 4) *Vita Karoli* 13: regia kagani. 5) *Ann. Fuld.* 796: Saxonia . . . vastatur. 6) *Theiss.* 7) *Et in Ann. Fuld. et in Sith. regiae Avarorum nomen inditur campo; quod cum auctor Sithiensium e Chronico illo circa a.* 805. *in monasterio S. Dionysii conscripto sumpsisse videatur, quo etiam noster fonte usus est, ex hoc loco veri simile fit, illud a Fardulfo Langobardo, S. Dionysii abbate, compositum fuisse; cf. 'Neues Archiv' XXI,* 48 *sqq.* 8) *Vita Kar.* 13: thesauri direpti sunt. 9) *Ann. Fuld.* 796: omnes Hunorum opes ac thesauri . . . Carlo in Aquisgrani palatio allati sunt.

fectionem priorum[z] constituerunt; altera, quae dixit Pippino[a] cum exercitu suo in hringo[b] sedere. Et domnus rex peragrata Saxonia cum integro exercitu suo in Gallias se recepit[c] et in Aquis palatio[d] filium suum Pippinum e Pannonia redeuntem et partem thesauri, quae remanserat, adducentem laetus[e] aspexit.

797 Apr. 23. Atque ibidem[f] natalem Domini ac pascha celebravit. Et[g] inmutavit se numerus annorum in

797.

DCCXCVII. Barcinona[a] civitas Hispaniae, quae iam pridem a nobis desciverat, per Zatun[b, 1] praefectum ipsius nobis est reddita. Nam ipse ad palatium[c] veniens domno regi[d] semetipsum cum civitate commendavit.

Expeditio facta in Saxoniam, et usque ad oceanum trans omnes paludes et invia loca transitum est; et rex de Haduloha[e, 2] regressus — hoc enim loco nomen, ubi oceanus Saxoniam alluit[f, 3] — tota Saxonum[g] gente in deditionem[h] per obsides accepta trans Renum[i] in Gallias reversus est[4].

(Sept.). Et in Aquis palatio[k] Abdellam[l] Sarracenum filium Ibin-Mauge[m, 5] regis, qui a fratre[6] regno pulsus in Mauritania exulabat, ipso semetipsum commendante suscepit. Illuc et legatus Nicetae, qui tunc Siciliam regebat, nomine Theoctistus[n] venit imperatoris epistolam portans; quem magnifice suscipiens post paucos dies absolvit.

B 1. (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.
z) priorem *B* 5. *C* 3. a) pippinum *C* 3. b) ringo *B* 4. c) recipit *B* 1. *C* 2. d) palacio *B* 1. *D* 3. e) letus *B* 1. 3. f) ibi *B* 1. *C* 3. g) anno domini nostri *C* 3.
797. a) barcilona *B* 2. 5; Barzinona *B* 4; Parcinona *D* 3. b) iatim in *B* 1; thathun *B* 2; satū *B* 4. *C* 3. *D* 1. 3; satum *B* 5. *C* 1. 2. c) palacium *B* 1. 4. *D* 1. 3. d) rege *B* 1. e) adulohoc *B* 2; aducha *B* 3; hadaloba *B* 4; Hadulla *B* 5; loco *C* 3; baduloha *D* 1; hadaloha *D* 2; hadulocha *D* 3. f) adluit *B* 4. *C* 3. g) saxonium *B* 4. h) dedicionem *B* 1. *C* 1. 2. *D* 3; dedicationem *B* 3. i) rhenum *B* 5. *C* 3. *D* 3; hrenum *C* 1. 2. k) palacio *B* 1. 4. *D* 3. l) Adabdellam *B* 5; addellam *C* 3. m) ibinmaugae *B* 1; ibinmagae *B* 2; ibimaugae *B* 4; ibimauge *C* 2; ibi maure *C* 3. n) theotistus *B* 3; theoctis *D* 1; thoctistus *D* 3.

1) *Ab Arabibus Zeid dictum*; *cf. Lembke I,* 364. 2) *Hadeln, pago inter Albim et Wisuram sito.* 3) *Cf. Curt. IV,* 14, 9: terrarum . . . quas oceanus hinc alluit *(M.)*. 4) *Circa mensem Septembrem; Simson* 135. 5) *I. e. Abd-ur-Rahman Ben Muawijah emiri Cordubensis* (755—788). 6) *Hescham emiro; qui cum a.* 796. *mortuus esset, ad pellendum filium eius (el Hakem) Abd-Allah Karoli auxilium expetiit.*

Tudun[s, 1] etiam ille, de quo superius mentio facta est, fidem dictis suis adhibens ibidem ad regem venit ibique cum omnibus, qui secum venerant, baptizatus ac remuneratus post datum servandae fidei sacramentum domum rediit; sed in promissa fidelitate diu manere noluit nec multo post perfidiae suae poenas[t] dedit.

Rex vero, ut dictum est, Aquisgrani in hibernis considens ibi et natalem Domini et pascha more solito celebravit.

797.

DCCXCVII. Barcinona[a] civitas in limite Hispanico sita, quae alternante rerum eventu nunc Francorum nunc Sarracenorum dicioni[b] subiciebatur[c], tandem per Zatum Sarracenum[2], qui tunc eam invaserat, regi reddita est. Nam is aestatis initio Aquisgrani ad regem venit seque cum memorata civitate spontanea deditione illius potestati permisit.

Qua recepta rex filium suum Hludowicum[d] ad obsidionem Oscae[3] cum exercitu in[e] Hispaniam[f] misit et ipse more solito propter contundendam perfidae gentis contumaciam Saxoniam vastaturus intravit. Nec prius destitit, quam[4] omnes terminos eius peragrasset[5]; nam usque ad ultimos fines eius, qua inter Albim et Wisuram oceano alluitur[g], accessit.

Inde regressus cum Aquasgrani[h] venisset ibique Abdellam Sarracenum, filium Ibin-Mauge[i] regis, de Mauritania ad se venientem suscepisset legatumque Nicetae patricii, qui tunc Siciliam procurabat, nomine Theoctistum[k] litteras[l] imperatoris de Constantinopoli missas deferentem audisset, consilium iniit, ut propter conficiendum Saxonicum bellum in ipsa regione hiemaret.

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
s) thudun 7. t) penas 3. 6. 7.
797. a) Barzinona 8. b) ditioni 3. 6. 7. c) subiciebat 1; subiacebat 2. d) hludeuuicum 1. 2; ludouuicum 3. 6. 7. e) in hispaniam *desunt* 2. f) hysp. 7. g) abluitur 3. h) aquisgrani 3. 7. i) ibinmaugae 1. 6. 7; ibi inmauge 2; ibimmauge 3; abinmage 8. k) theotistum 1; theodicstum 3; teoctistum 6. l) literas 3. 6. 7.

1) *Etiam in Ann. Fuld. tuduni adventus post reditum Pippini ponitur.* 2) *Ann. Fuld. (= Sith.)* 797: per Zatum Sarracenum . . Carlo reddita est. 3) *Huesca; urbs non expugnata est.* 4) *Cf. supra* 768 *(D.).* 5) *Ann. Fuld.* 797: totam Saxoniam . . peragravit atque . . Aquisgrani revertitur; ubi . . .

Nov. Et Novembrio mense mediante ad hibernandum cum exercitu Saxoniam intravit positisque castris apud Wisoram[o] fluvium locum castrorum Heristelli[p, 1] vocari iussit. Illuc legati gentis Avarorum[q, 2] cum muneribus magnis venerunt. Inde Abdellam Sarracenum cum filio suo Hludowico[r] in Hispanias reverti fecit et filium suum Pippinum ad[s] Italiam mi*sit; ipse ad disponendam *p. 184 Saxoniam totum hiemis tempus inpendens[t] ibi natalem 798 *Apr.* 8. Domini, ibi[u] pascha celebravit. Et[v] inmutavit se numerus annorum in

798.

DCCXCVIII. Venit etiam et legatus Hadefonsi[a] regis[3] Galleciae[b] et Asturiae[c], nomine Froia[d], papilionem mirae[e] pulchritudinis praesentans.

Apr. Sed in ipso[f] paschae tempore Nordliudi[g, 4] trans Albim[h] sedentes seditione commota legatos regios, qui tunc ad iustitias faciendas apud eos conversabantur, conprehendunt, quosdam ex eis statim trucidantes, ceteros ad redimendum reservant; ex quibus aliqui effugerunt, ceteri redempti[i] sunt. Rex collecto exercitu de Haristalli[k] ad locum, qui Mimda[l, 5] dicitur, perrexit; et facto consilio[m] in desertores arma corripuit et totam inter Albim[n] et Wisuram[o] Saxoniam populando peragravit.

B 1. (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

o) uuisaram *B* 2; uuiseram *B* 3. 5; uuiferam *B* 4; uuisuram *D* 1. 3. p) Heristeh *B* 5. q) auarum *B* 1. 3. 5. *D* 3. r) ludouuico *B* 2; ludouico *B* 4; Hludvico *B* 5; luduuuicho *D* 1; luduuico *D* 3. s) in *B* 1. 2. t) impendens *B* 4. 5. *C* 3. u) ibi pascha *desunt* *B* 4; et pascha *B* 5. *C* 2. 3. v) anno domini *(omissis* Et — in*)* *C* 3.

798. a) haldifonsi *B* 2; hadefosi *B* 4; hadofuns *D* 2; hadefrondi *D* 3. b) gallliciae *B* 2; gallaeciae *B* 5. *D* 1; gallaetiae *C* 2; gallitiae *C* 3. c) austrie *B* 1. 2; austriae *C* 3. *D* 1; austuriae *D* 3. d) flora *B* 1; frola *B* 2. 5. *D* 1; flola *corr.* frola *B* 3; floram *D* 2; fiōla *D* 3. e) mire *C* 1. 2. *D* 3. f) ipsa *B* 1. 3. g) nortliudi *B* 2. *C* 3; noridliudi *B* 3; nurliudi *B* 4; nordludi *B* 5. *D* 3. h) albiam *B* 2. *C* 1. 2; albin *B* 4; transalbini *C* 3; transalbiani *D* 2. i) redemti *B* 3. *C* 1. k) haristallio *B* 1. *D* 1; heristelli *B* 2. 5; aristalli *B* 3; aristelli *corr.* -stalli *B* 4; haristelli *C* 1. 2; haristellio *C* 3. l) minda *B*. *C* 3; munda *D* 3. m) consilio facto *C* 1. 2. n) albiam *B* 2; albinm *C* 3. o) uuisoram *B* 1. *C* 3; uuisaram *B* 2; usuram *B* 3; Wiseram *B* 5; uisurgim *D* 2.

1) *Herstelle supra Höxter.* 2) *Contra quos Ericus dux eo anno novam expeditionem fecerat; Ann. Murbac. contin. (Ann. Alamann.)* 797, *Simson* 133. 3) *Alfonsi II. (*791—843*).* 4) Hos Northalbingos patrio sermone vocamus *Poeta Saxo* 798. 5) *Minden.*

Sumpto igitur secum comitatu suo Saxoniam petiit astrisque super Wisuram positis consedit et locum castrorum Heristelli vocari iussit, qui locus ab incolis usque in praesens ita nominatur; exercitum vero, quem secum adduxit, per totam Saxoniam in hiberna divisit[1]. Illuc Pippinum de Italia[m] et Hludowicum[n] de Hispanica[o] expeditione regressum ad se venire iussit, ibi legatos Hunorum cum magnis muneribus ad se missos audivit et absolvit, ibi[2] legatum Hadefonsi regis Asturiae atque Galleciae[p] dona sibi deferentem suscepit. Inde iterum Pippinum ad Italiam, Hludowicum[q] ad Aquitaniam remisit[r], cum quo et Abdellam[s] Sar-
*p. 185. racenum ire iussit, qui postea, ut ipse voluit, in *Hispaniam[o] ductus et illorum fidei, quibus se credere non dubitavit, commissus est. Rex autem in Saxonia[t] residens ibi et natalem Domini et pascha celebravit.

798.

DCCXCVIII. Cum iam ver adpeteret[a,3], nondum tamen propter inopiam pabuli[4] exercitus de hibernis produci potuisset, Saxones[5] Transalbiani occasionem nancti[b] legatos regis, qui ad eos ob iustitias[c] faciendas missi erant, comprehensos interficiunt, paucis eorum quasi ad redimendum[d] reservatis[6], trucidantes cum caeteris et Godescalcum[e] regis legatum, quem ille ante paucos dies ad Sigifridum[f] regem Danorum miserat. Is cum eodem tempore reverteretur, ab huius[g] seditionis auctoribus interceptus atque occisus est. Quibus[7] acceptis rex graviter commotus congregato exercitu in loco, cui Mimda[h] nomen, super Wisuram castra posuit atque in foedifragos ac desertores arma corripuit et ultor necis legatorum suorum, quicquid Saxoniae inter Albiam ac[i] Wisuram interiacet, totum ferro et

E 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. (8.)
m) italica 3. 5. n) hludeuuicum 1; ludouuicum 3. *(non 5.)* 6. 7. o) hysp. 7. p) galliciae 3. 6; galatie *corr.* gallitie 7. q) hludeuuicum 1. 2; ludouuicum 3. 6. 7. r) misit 3. 5. s) adbellum 7. t) saxoniam 1. 2.
798. a) appareret 6. 7. b) nacti 1. 3. 5. 6. 7. c) iusticias 2. 3. 6. 7. d) remendum 1; remedium 2; remeandum 3. 5. e) godessclacum 1; godesscalcum 2; godescalchum 7. f) sifridum 7. g) hunis 1. 2. 3. 5. 8. h) mimda 1; mundam *corr.* mindam 2; mindā 3; minidam 5; minda 6. 7; munda 8. i) et 2. 3.

1) *Cf. Iust. XXXVIII,* 10: exercitum suum Antiochus per civitates in hiberna diviserat *(M.).* 2) *Initio anni sequentis; v. annales integros.* 3) *Liv. XXII,* 1: iam ver adpetebat. 4) *Cf. supra a.* 782. 5) *Ann. Fuld.* 798: Transalbiani Saxones. 6) *Ib.:* quibusdam . . . reservatis. 7) *Ib.:* Quo audito.

Nordliudi[p] contra Thrasuconem[q] ducem Abodritorum[r] et Eburisum[s] legatum nostrum conmisso proelio[t] acie victi sunt. Caesa sunt ex eis in loco proelii[u] quattuor milia, ceteri, qui fugerunt et evaserunt, quanquam multi et ex illis cecidissent, de pacis conditione[v] tractaverunt. Et rex acceptis obsidibus, etiam et his, quos perfidissimos primores Saxonum consignabant, in Franciam reversus est.

Et Aquasgrani[w] palatium[x] pergens legationem Grecorum a Constantinopoli missam suscepit. Erant enim legati Michahel[y] patricius[z] quondam Frigiae[a] et Theophilus[b] presbyter[c], epistolam Herenae[d] imperatricis ferentes; nam filius eius Constantinus[e] imperator anno superiore a suis conprehensus et excecatus[f] est. Haec tamen legatio tantum de pace fuit. Quos cum absolvisset, absolvit etiam cum eis et Sisinnium[g] fratrem Tarasii[h] Constantinopolitani episcopi iamdudum in Italia[i] proelio[k] captum.

Hoc anno sidus[l], quod dicitur Martis, a superioris anni Iulio usque ad huius anni Iulium nusquam in toto caelo[m] videri potuit.

Insulae Baleares a Mauris et Sarracenis depraedatae sunt.

Hadefonsus[n] rex Galleciae[o] et Asturiae[p] praedata Olisipona[q, 1] ultima Hispaniae civitate insignia victoriae suae loricas, mulos[r] captivosque Mauros domno regi[s] per legatos suos Froiam[t] et Basiliscum[u] hiemis tempore misit.

B 1. (2.) 3. 4. (5.) *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3.

p) nortliudi *B* 2. 4. 5. *C* 3. q) transachonem (trasachonem?) *B* 2; thrasuchonem *B* 3. *D* 2; trasuconem *B* 4; Suchonem *B* 5; thrasiconem *C* 1. 2; sigconem *C* 3; tarsochonem *D* 1; thrasuchorem *D* 3. r) abrothidorum *B* 2. s) ebroinum *B* 2; bhurisum *B* 3 *(e. corr.)*; eborisum *C* 3. t) praelio *B* 2. 3. 4. 5. *C* 3. *D* 3. u) praelio *B* 3; praelii *B* 4. 5. *C* 3. v) condicione *B* 1. *C* 1. *D* 3. w) aquis *B* 2; quasgreconi *B* 3; aquisgrani *B* 4. 5. *C* 1. *D* 2. 3. x) palacium *B* 1. *C* 1. 3. *D* 3. y) Michael *B* 5. z) patritius *C* 2. *D* 1. a) pfrigiae *B* 4. b) teophilus *B* 3; theofilus *B* 4; theophylus *C* 2; theophyrus *C* 3. c) presbiter *B* 2. 4. *C* 1. d) erene *B* 1. 3; hirenae *B* 2; Irenae *B* 5; erenae *C* 2. e) casistantinus *B* 3. f) excaecatus *B* 5. *D*. g) sisinium *B* 3; simsiınnum *B* 4; sisinnum *B* 5. *D* 1. h) tharasii *B* 2; carasii *C* 3; trasii *D* 1. i) italiam *B* 4; atalia *D* 3. k) praelio *B* 2. 3. 4. *C* 3. l) sydus *B* 4. *C* 3. m) celo *B* 1. 4; coelo *B* 5. n) adefon *D* 2; hadefosus *B* 4; Adefonsus *C* 2; hadofuns *D* 2. o) galliciae *B* 2. 4. 5. *C* 3; galletiae *B* 3; gallitiae *C* 2; gallatiae *D* 1; gallaciae *D* 3. p) austrie *B* 1; austriae *B* 2. 4. q) holisipona *B* 3; olisipona *corr.* olesipona *B* 4; olisippona *D* 2 r) multas *B* 4; multos *D* 1. s) regi karolo *C* 3. t) froiam *B* 4. u) basilicum *D* 1.

1) *Lissabon.*

u) affrica *D* 3. *E* 3. 6. 7. v) hysp. *E* 7. w) uualonem *B* 2. *C* 3. x) bernardi *B* 2. 4. *C* 3; berenh. *D* 3. y) nordm. *B* 4. *E* 1. 9; nortm. *B* 2. *C* 3; nordanimnorum *E* 6; nordannimbr. *E* 7. z) scotorum *B* 4. *E* 1. 7; scotthorum *E* 2. a) aggressa *B* 2. *D* 2. *E* 6. 7. b) scotis *B* 4. *E* 7. c) p̄lio *B* 2. 4. *C* 3. *D* 3. *E* 3. 6. 7. d) nortm. *B* 4. *C* 3; nordusm. *E* 2; nordaunimbr. *E* 7; nordm̄. *E* 9. e) ambulat *D* 3; abulax *E* 2. f) beneuentorum *D* 3. *E* 7. g) grimaldo *B* 2; grimoldo *D* 2. h) ex *E* 6. 7. i) *deest C.* k) uuiltzos *B* 1. *E* 1. 2. 9; uulzos *C* 3; uuilzzos *D* 1. l) herioldus *B* 2. *E* 3; herioldus *E* 9. m) raginfr. *C* 1. 2; ragenfr. *C* 3; regeufr. *D* 3; reinfrid *E* 2. n) rogunt *B* 1. *C* 1. 2. o) eclipsis *B* 2. *D* 1. *E* 9; aeclipsis *B* 4. p) Anno domini *add. C* 3; IN *D* 1.
813. a) *deest etiam E* 2. b) tempore *B* 4. *C* 3; tp̄r *C* 2. c) amalharum *B* 1; hamalarium *B* 2; amalbarium *D* 1; almaharium *E* 3. d) nantulas *B* 1. e) michaele *B* 1. *D* 3. *E* 1. 2. 9. f) confirmanda *D* 1. 3. g) magont. *corr.* magonc. *E* 3. h) aquisgrani *E* 7.

1) *Paulo supra (ad a.* 811.*) commemoratum.* 2) *Irland.* 3) *Grimoaldo III. (*806—818*); cf. Simson* 363 *sq. et supra p.* 132, *n.* 2. 4) *Qui sedit* 809—814. 5) *Nonantole prope Mutinam .(*804—821*).*

(Sept. 11.) Ac deinde habito generali conventu [1], evocatum ad se apud Aquasgrani [i] filium [k] suum Hludowicum [l] Aquitaniae [m] regem, coronam illi inposuit et imperialis nominis sibi consortem fecit; Bernhardumque [n] nepotem suum, filium Pippini [o] filii sui, Italiae praefecit et regem appellari iussit [2]. Concilia quoque iussu eius super statu ecclesiarum [p] corrigendo per totam Galliam (Mai.) ab episcopis celebrata sunt [3], quorum unum Mogontiaci [q], alterum Remis, tertium [r] Turonis, quartum Cabillione [s], quintum Arelati [t] congregatum est; et constitutionum, quae in singulis factae sunt, collatio coram imperatore (Sept.) in illo conventu habita [u]. Quas qui nosse voluerit, in supradictis quinque civitatibus invenire poterit [v], quamquam et in archivo palatii [w] exemplaria illarum habeantur.

Missi sunt de hoc conventu quidam Francorum et Saxonum primores trans Albim [x] fluvium ad confinia Nordmannorum [y], qui pacem cum eis secundum petitionem [z] regum illorum [a] facerent et fratrem eorum redderent. Quibus cum pari numero — nam XVI erant — de primatibus Danorum in loco deputato occurrissent, iuramentis utrimque factis pax confirmata et regum [b] frater eis redditus est. Qui tamen eo tempore domi non erant, sed ad Westarfoldam [c, 4] cum exercitu profecti, quae regio ultima regni eorum inter septentrionem et occidentem sita, contra aquilonem [d] Brittaniae summitatem respicit, cuius principes [e] ac populus eis subici recusabant. Quibus perdomitis cum revertissent et fratrem ab imperatore missum recepissent [f], filii Godo-

B 1. (2.) 4. *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
i) aquisgrani *E* 7. k) filium — Remis, tertium *desunt* *E* 7. l) ludouuicum *B* 2. *E* 3; ludohicum *B* 4; hlodouuicum *C* 3. *D* 1. *E* 9; lodoicum *D* 3; hludoicum *E* 1; hludouicum *E* 2. m) equit. *D* 3. n) que *deest* *B* 1. 2; bernardum *B* 2. 4. o) pipini *B* 4; pipinni *D* 1. p) aeccl. *B* 4. *D* 3. *E* 3. 6. q) mogontiae *B* 2; moguncíaci *B* 4; mogonciaco *C* 3; mogonciaci *E* 1. 2; magonc. *E* 3. r) tercium *B* 4. *C* 1. *D* 3. *E* 2. 3. 6. s) cabillonis *B* 2. *E* 3; cabillone *B* 4. *D* 1. *E* 7; caballione *C* 3; cabillionem *D* 3. t) arelato *B* 1. *C*; arelate *aut* -tum *B* 2; arelatu *E* 2; arelani *E* 6. u) habito *D* 1. *E* 1. 2. 3. 5. v) potuerit *C* 3; potuit *D* 1; potuit *corr.* potirit *E* 1. w) palacii *D* 3. *E* 2. 3. 6. x) albiam *B* 2. y) nortm. *B* 2. *C* 3; norđm. *E* 9. z) peticionem *C* 1. *D* 3. *E* 3. 6. 7. a) ipsorum *B* 2. *D* 1. b) regnum *B* 4. *C* 3. c) uuester- *B* 2. *D* 3; uuerstar- *E* 6; -falt *B* 2; -foldan *C* 1. 2; -uoldan *C* 3. d) aquilonalem *D*. *E*. e) princeps *D* 1. 3. f) recipissent *B* 1. *C* 1. 2.

1) *Cf. Simson, 'Jahrbücher d. Fränk. Reichs unter Ludwig d. Fr.' I,* 3 *sqq., 'Karl d. Gr.' II,* 518. 2) *Hoc iam vere eius anni factum esse e chartis colligitur; Mühlbacher 'Regesten', p.* 208. 3) *Mense Maio; cf. Simson* 502 *sqq.* 4) *In meridionali parte Norvegiae; Simson* 520.

fridi[g] regis et ex primoribus Danorum non pauci, qui iamdudum relicta patria apud Sueones[h] exulabant, conparatis undecumque copiis bellum eis intulerunt et confluentibus ad se passim ex omni Danorum terra popularium turmis[i] commisso cum eis proelio[k] etiam regno non multo eos labore pepulerunt[l].

Mauris[m] de Corsica ad Hispaniam[n] cum multa praeda redeuntibus Irmingarius[o] comes Emporitanus[1] in Maiorica insidias posuit et octo naves eorum cepit[p], in quibus quingentos et eo amplius Corsos captivos invenit. Hoc Mauri vindicare volentes Centumcellas[2] Tusciae civitatem et Niceam[3] provinciae[q] Narbonensis vastaverunt. Sardiniam quoque adgressi commissoque cum Sardis proelio[r] pulsi ac victi et multis suorum amissis recesserunt[s].

At[t. 4] Michahel[u] imperator Bulgaros bello adpetens[v] *(Iun.)* haud[w] prosperis successibus utitur[5] ac proinde domum reversus deposito diademate monachus efficitur; in cuius locum Leo, Bardae[x] patricii filius, imperator constituitur. Crumas[y] rex Bulgarorum[z], qui Niciforum[a] imperatorem *(Iul.)* ante duos annos interfecit et Michahelem[b] de Moesia[c] fugavit, secundis rebus elatus cum exercitu usque ad ipsam Constantinopolim accessit et iuxta portam civitatis castra posuit. Quem moenibus[d] urbi obequitantem
*p. 201. Leo imperator eruptione facta incautum *excepit[e] et graviter vulneratum fugiendo sibi consulere ac patriam turpiter redire coegit..

B 1. (2.) 4. *C* 1. 2. 3. *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
g) godefr. *B* 2. *C* 3. *E* 3. 7. h) suenones *B* 1; suessones *C* 3; suones *D* 1; soeones *E* 2; suueones *E* 3; suenes *E* 6. i) turbis *E* 1. 2. 3. 7. 9. k) p̄lio *B* 2. 4. *C* 3. *D* 3. *E* 6. 7. 9. l) *Huc usque Regino (B 2) annales exscripsit.* m) Muris *E* 2. n) hysp. *E* 7. o) . . . ingarius *B* 1; erminguarias *B* 4; ermengarius *C* 3; irmigarius *E* 2. p) coepit *B* 1. 4. *C* 1. *E* 1. 2; cępit *C* 2. *E* 3. q) prouintiae *C* 2. *D* 1. *E* 3. 6. r) p̄lio *B* 4. *C* 3. *D* 3. *E* 2. 6. 7. 9. s) *Hic desinunt B* 1. 4. t) *Abhinc Chronicon Vedastinum (C 4) respiciendum censeo, cuius auctor ab a. 754. nonnulla ex his annalibus sumpsit, iam paulatim maiora frusta mutuatur. Sed codicem adhuc non inspexi, in editione autem Waitziana (SS. XIII,* 674—709*) eas ipsas partes, quae cum annalibus ad verbum congruunt, omissas sunt.* u) michaheh *D* 1; michael *D* 3. *E* 1. 2. 9. v) appetens *C* 3. 4. *E* 3. 6. 7. w) haut *C* 1. *E* 6. 7; aut *E* 2. x) barde *D* 3. *E* 6; pabdę *E* 3. y) Crumas *C* 4; Crimas *E* 6; Brumas *(rubra initiali littera) E* 7. z) burgarorum *D* 3. a) nicoforum *C* 4. b) michaelem *D* 1. *E* 1. 2. 9. c) mesia *C* 3. 4. *E* 2. 7. d) męnibus *C* 3. *D* 3. *E* 2. 6; men. *E* 3. 7. e) excoepit *C* 1; excępit *C* 2. *E* 1. 3.

1) *Oppidum hodie Ampurias vocatur. P.* 2) *Cività-vecchia.* 3) *Nizza.* 4) *Haec ab eis legatis, qui a.* 814. *Constantinopoli venerunt, nuntiata esse consentaneum est; cf. 'N. A.' XXI,* 55. 5) *Cf. Simson* 500.

814.

DCCCXIIII. Domnus Karolus[a] imperator, dum Aquisgrani hiemaret, anno aetatis circiter septuagesimo primo[1], regni autem quadragesimo septimo subactaeque Italiae quadragesimo tertio[b]. ex quo vero imperator et
Ian. 28. augustus appellatus est, anno XIIII., V. Kal. Febr. rebus humanis excessit[2,*]

Cuius rei nuntium[c] cum[d] Hludowicus[e] filius eius in Aquitania[f] apud Teodadum[g,3] villam, ubi et ipse tunc hibernabat, plurimis deferentibus accepisset, tri-
Febr. 27. cesimo, postquam id acciderat, die Aquasgrani[h] venit summoque omnium Francorum consensu[4] ac favore patri successit. Et ad suscepti regni administrationem cura conversa primo legationes gentium, quae ad patrem venerant, auditas absolvit, alias deinde[i] simili modo ad patrem quidem missas, ad se vero venientes suscepit[k].

Inter quas praecipua fuit legatio de Constantinopoli directa. Nam Leo imperator, qui Michaheli[l] successerat, dimisso Amalhario[m] episcopo et Petro abbate, qui ad Michahelem[n] quidem missi, ad se tamen venerunt, legatos suos, Christoforum[o] spatarium[p] et Gregorium diaconem, cum[q] eis ad domnum Karolum[r] et per eos descriptionem et confirmationem pacti ac foederis[s] misit. Quibus susceptis atque dimissis domnus Hludowicus[t] legatos

*) FINIUNT GESTA DOMNI KAROLI MAGNI ET PRAECELLENTISSIMI FRANCORUM IMPERATORIS *rubris litteris additur D 1; ibidem post insertam Vitae Karoli partem alteram litteris partim rubris partim viridibus ita pergitur:* INCIPIT GESTA HLUDOVVICI IMPERATORIS FILII KAROLI MAGNI IMPERATORIS.

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

814. a) carolus *C* 1; karlus *E* 3. b) XLVIIIuo *C* 3; XLIIII. *E* 2. c) nuncium *C* 1. 2. *E* 1. 3. d) Post obitum igitur karoli cum *D* 1. e) Hlod. *D* 1; luduuuicus *D* 3; ludouu. *E* 3. 9; lŏdow. *E* 7. f) aequit. *D* 3. g) teoduadum *C* 1. 2; theoduadum *C* 3; tedoaldum *D* 3; tedoadum *E* 1. 2. 3. 9; teoadum *E* 7. h) aquisgrani *C* 3. *E* 3. 6. 7. i) donde *E* 1. 2. 3. 9. k) suscoepit *C* 1; suscępit *C* 2. *E* 3. l) michaeli *D* 3. *E* 1. 2. 9. m) amalchario *D* 3; almah. *E* 3; alamah. *E* 7. n) michaelem *D* 1. 3. *E* 1. 2. 9. o) christoph. *C* 3; cristof. *E* 3. p) spatharium *C* 1. *E* 1. 6. 9. q) cum eis *desunt* *C* 3. r) carolum *C* 1. s) federis *C* 3. *E* 7; fęderis *E* 1. 2. 3. 6. t) hludouicus *C* 1; hlodouu. *D* 1; luduuu. *D* 3; hlŏdoicus *E* 2; ludouu. *E* 3. 6; lŏdow. *E* 7; hlodoicus *E* 9.

1) *Cf. Simson l. l.* 535. 2) *De sepultura eius cf. Simson l. l.* 537 *sq., Th. Lindner, 'Zeitschr. des Aachener Geschichtsvereins' XIV* (1892), *p.* 131—212; *H. Grauert, 'Histor. Jahrb. d. Görres-Gesellsch.' XIV* (1893), *p.* 302—319. 3) *Doué (départ. Maine et Loire, arrond. Saumur).* 4) *Cf. V. Kar.* 3: consensu omnium Francorum rex constituitur *(D.)*.

suos, Nordbertum[u] Regiensem[v] episcopum et Richoinum[w] Patavinum[x] comitem[1], ad Leonem imperatorem ob renovandam secum amicitiam et praedictum pactum confirmandum direxit.

Habitoque Aquisgrani generali populi sui conventu[y] *(Aug. 1.)* ad iustitias[z] faciendas et oppressiones popularium[a] relevandas legatos in omnes regni sui partes dimisit, Bernhardum[b] regem Italiae, nepotem suum, ad se evocatum muneribus donatum in regnum remisit, cum Grimoaldo[c] Beneventanorum duce pactum fecit atque firmavit, eo modo, quo et pater, scilicet ut Beneventani tributum annis singulis VII milia solidos darent; tunc duos ex filiis suis, Hlotharium[d] in Baioariam, Pippinum[e] in Aquitaniam[f] misit.

Harioldus[g] et Reginfridus[h] reges Danorum, qui anno superiore a filiis Godofridi[i] victi et regno pulsi fuerunt, reparatis viribus iterum eis bellum intulerunt; in quo conflictu et Reginfridus[k] et unus de filiis Godofridi[l], qui maior natu erat, interfectus est. Quo facto Herioldus[m] rebus suis[n] diffidens[2] ad imperatorem venit et se in manus illius commendavit; quem ille susceptum in Saxoniam ire et oportunum tempus exspectare[o] iussit, quo ei, sicut petierat, auxilium ferre potuisset.

*p. 202.

*815.

DCCCXV. Iussum est ab[a] imperatore, ut Saxones et Abodriti[b] ad hanc expeditionem praepararentur, temptatumque in illa hieme duabus vicibus, si Albia[c] transiri[d] posset[e], sed mutatione subita aeris emolliti[f] glacie[g] fluminis resoluta[h] negotium remansit inperfectum[i], donec tandem hieme transacta circa medium

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
u) nordb. *C* 1. 2. *E* 1. 9; nordusb. *E* 2; norb. *E* 6. 7. v) regensem *D* 3. w) ricoinum *C* 3; richonium *D* 3; richouuinum *E* 1; riconium *E* 3. x) pictauinum *C*. *D* 3; pitauinum *E* 6. y) conuentum *C* 1. 2. z) iusticias *D* 3. *E* 3. 6. 7. a) popularum *C* 1. 2; populorum *C* 3. b) berenh. *D* 3. c) grimoldo *E* 6. 7; crimoaldo *E* 9. d) lothar. *C* 3. *D* 3. *E* 3. 9; hluthar. *E* 6; luthar. *E* 7. e) pipinnum *D* 1. f) aequit. *D* 3. g) hariold *E* 1; Hairoldus *E* 7. h) raginfr. *C* 2; ragenfr. *C* 3. i) godefr. *C* 3. *E* 3. 7; gotefr. *D* 3. k) regenfr. *C* 1. 2; ragenfr. *C* 3. l) gotefr. *D* 3; godefr. *E* 3. 7. m) harioldus *C* 3. *E* 3. 6. 7. n) suis — illius *desunt* *D* 3. o) expect. *C*. *E* 1. 2. 6. 7. 9.
815. a) ab imp. *desunt* *C* 3. b) abodrici *D* 3. c) albiam *C* 3; albis *E*. d) transire *C*. *D*. *E* 1. 2. 3. e) potuissent *C* 3; potuisset *D* 3. f) molliti *C* 1. 2. g) glaciae *C* 1. *D* 1. 3. *E* 9; glatiae *C* 2. 3. h) res. neg. *desunt* *D* 3. i) infeetum *E*.

1) Regium *est Reggio inter Parmam et Mutinam*, Patavium *Padua*. 2) *Cf. Curt. Ruf.* VIII, 2, 27: trepidum diffidentemque rebus suis Sisimithrem *(M.)*.

Mai. fere Maium mensem oportunum proficiscendi tempus adrisit. Tunc omnes Saxonici comites omnesque Abodritorum copiae cum legato imperatoris Baldrico[k], sicut iussum erat, ad auxilium Harioldo[l] ferendum trans Egidoram[m] fluvium in terram Nordmannorum vocabulo Sinlendi[1] perveniunt et inde profecti septimo tandem die in loco, qui dicitur . . , in litore oceani castra ponunt[n]. Ibique stativis triduo habitis, cum filii[o] Godofridi[p], qui contra eos magnis copiis et ducentarum navium classe conparata[q] in insula quadam[2] tribus milibus a continenti separata residebant, cum eis congredi[3] non auderent, vastatis circumquaque vicinis pagis et acceptis popularium obsidibus XL ad imperatorem in Saxoniam
(Iul. 1.) reversi sunt. Ipse enim tunc temporis in loco, qui dicitur Padrebrunno[r], generalem populi sui conventum habebat. Ibi ad eum omnes orientalium Sclavorum primores et legati venerunt.

Sed antequam illuc veniret, id est[s] cum adhuc domi esset, adlatum est ei, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem papam in ipsa urbe Roma conspirasse ac deinde, cum huius causae indicium ad pontificem esset delatum, omnes illius factionis auctores ipsius[t] iussu fuisse trucidatos. Quod cum moleste ferret, ordinatis tunc Sclavorum[u] et Herioldi[v] rebus
(Iul.) ipsoque in Saxonia dimisso, cum ad Franconofurd[w] palatium venisset, Bernhardum[x] regem Italiae, nepotem suum, qui et ipse cum eo in Saxonia fuerat, ad cognoscendum, quod nuntiabatur, Romam mittit[y]. Is cum Romam venisset, aegritudine[z] decubuit, res tamen, quas[a] compererat, per Geroldum comitem[4], qui ad hoc ei legatus fuerat datus, imperatori mandavit. Quem legati pontificis, Ichannes episcopus Silvae candidae[5] et Theo-

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
k) balderico *D* 3. l) herioldo *C* 1. 2; harialdo *D* 3. m) heidoram *C* 3. n) ponuntur *D* 1. *E* 9. o) filio *D* 1. *E* 2; consilio *D* 3; filiis *E* 3. 6. 7. p) godafr. *D* 2; gotifr. *D* 3; godefr. *E* 3. 7. q) comp. *D* 1. 3. *E* 7. r) paderbrunna *C* 3; padrebunno *D* 1; poderbrunno *D* 3; padrabr. *E* 1. 2. 9; padabr. *E* 3; patherbr. *E* 6; padrabrundo *E* 7. s) *deest E* 6. 7. t) illius *C*. u) clauorum *E* 9. v) harioldi *C* 3. *E* 3. 6. 7. w) -ford *C* 3; -uurd *E* 3; frauchonofurt *D* 3. x) berenh. *D* 3. y) mittitur *C*. *D* 3. z) egrit. *C* 3. *D* 3. *E* 1. 6. 7. 9. a) quos *C* 1. 2.

1) *In orientali parte ducatus Schleswig.* 2) *Fünen.* 3) *Cf. Tac. Ann. II,* 25: non ausum congredi hostem *(M.)*. 4) *Qui circiter ab a.* 811. *usque ad a.* 832. *marchiae orientali praefuit; cf. Dümmler, 'Die südöstl. Marken'* 19 *et 'Geschichte d. ostfränk. Reiches' I*[2], 35. 5) *Oppidi haud longe a Roma ad occidentem versus siti.*

dorus nomenclator et Sergius[b] dux, subsecuti de his, quae domino suo obiciebantur, per omnia imperatori satisfecerunt.

Legati Sardorum de Carali[c, 1] civitate dona ferentes venerunt.

Pax, quae[2] cum Abulaz[d] rege Sarracenorum[e] facta et per triennium servata erat, velut inutilis rupta[f] et contra eum iterum bellum susceptum est.

Nordbertus[g] episcopus et Richoinus[h] comes de Constantinopoli regressi descriptionem pacti, quam Leo imperator eis dederat, detulerunt; qui inter cetera terrae motum gravissimum mense Augusto per continuos quinque dies ibi contigisse retulerunt, quo et ipsius urbis aedificia conplura cecidisse et aliarum civitatum populos ruinis[i] oppressos[3] esse testati sunt. Sed et in Gallia[k] Santones[l], civitas Aquitaniae[m], mense Septembrio dicitur tremuisse. *Sept.* Rhenus[n] fluvius Alpinis imbribus auctus[4] ultra solitum exundavit.

Romani, cum Leonem papam aegritudine[o] decubuisse viderent, collecta manu omnia praedia, quae idem pontifex in singularum civitatum territoriis noviter construxit[p], primo diripiunt, deinde inmisso igne cremant, tum[q] Romam ire[r] statuunt et, quae sibi erepta querebantur, violenter auferre. Quo comperto Bernhardus[s] rex missa manu per Winigisum[t] ducem Spolitinum[u] et seditionem illam sedavit et eos ab incepto[v] desistere fecit, quaeque gesta erant, per legatos suos imperatori nuntiavit.

*p. 203.

*816.

DCCCXVI. Hieme transacta Saxones et orientales Franci expeditionem in Sorabos Sclavos, qui dicto audientes non erant, facere iussi imperata strenue com-

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
b) serius *D* 3. c) karoli *D* 3; caroli *E* 7. d) ambulas *D* 3. e) sarac. *E* 2. f) erepta *E* 1; erupta *E* 2. 3. 6. 7. g) Nordberd *E* 1; Nordberdns *E* 6. h) ricoinus *C* 3; richinus *D* 3; rihomus *E* 6. i) ruinos *C* 1. 2. k) gallias *C* 3. l) sanctonis *C* 3; santona *E* 3; sanctonas *E* 7. m) aquitanicae *C* 1; aequitaniae *D* 3. *E* 3. n) hrenus *C*; Renhus *D* 1; renns *D* 3. *E* 3; Rehnus *E* 7. o) egrit. *C*. *D* 3. *E* 6. 7. p) exstruxit *E* 1. 6. 9; extruxit *E* 2. 3. 7. q) tunc *E* 3. 6. r) romani restatuunt *C* 1. 2. s) bernardus *C* 3; berenh. *D* 3; bernhard *E* 1; benrh. *E* 7. t) uuinegisum *C* 3. u) spolitanum *C* 3. *E* 3. v) coepto *D* 1; incępto *E* 6.

1) *Cagliari.* 2) *A.* 812; *v. supra.* 3) *Cf. Liv. XXIII,* 15: ruina . . . sit oppressus *(M.).* 4) *Cf. Tac. Ann. I,* 76: imbribus auctus Tiberis *(M.).*

pleverunt et contumacium[a] audaciam non magno labore compresserunt[b]. Nam una civitate expugnata, quicquid in ea gente rebelle videbatur, subiectione promissa conquievit.

Wascones[c], qui trans Garonnam[d] et circa Pirineum[e] montem habitant, propter sublatum ducem suum nomine Sigiwinum[f, 1], quem imperator ob nimiam eius insolentiam ac morum pravitatem inde sustulerat, solita levitate commoti coniuratione facta omnimoda defectione desciverunt; sed duabus expeditionibus ita sunt edomiti[g], ut tarda eis deditio et pacis impetratio videretur.

Interea domnus Leo papa anno pontificatus sui
Mai 25. vicesimo primo circiter VIII. Kal. Iun.[h, 2] de corpore
(Iun. 12.) migravit, Stephanusque[i] diaconus in locum eius electus
(Iun. 22.) atque ordinatus est; nondumque duobus post consecra-
Aug. tionem suam exactis mensibus quam maximis poterat itineribus ad imperatorem venire contendit, missis interim duobus legatis, qui quasi pro sua consecratione imperatori suggererent. Quod ubi imperator audivit, Remis ei statuit occurrere missisque obviam his, qui eum illo deducerent, adventum eius praeveniens cum magno eum
(Oct.) ibidem honore suscepit[k]. Qui statim imperatori adventus sui[l] causam insinuans celebratis ex more missarum sollemniis[m] eum diadematis inpositione coronavit. Multis deinde inter eos muneribus et datis et acceptis conviviisque opipare[n] celebratis et amicitia vicissim firmissimo robore constituta aliisque utilitatibus sanctae Dei ecclesiae pro temporis oportunitate dispositis pontifex Romam, imperator Compendium[o] palatium petiit.

(Nov.) Ibi commoratus[p] legatos Abodritorum et de Hispania[q] legatos Abdirahman[r] filii Abulaz regis ad se missos suscepit[k]; completisque ibi viginti vel eo amplius diebus Aquasgrani[s] ad hiemandum profectus est.

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

816. a) contumatium audatiam *C*. *D* 3. *E* 2. 3. 7. b) conpr. *C* 1. 2. *D* 1. c) Vascones *E* 1. 2. 6. 9. d) garronnam *E* 3; goronnam *E* 6. 7. e) piren. *C* 3. *E* 6; pyrin. *E* 3. f) sigeuuinum *C* 3; sigiuinum *D* 1; siguuuinum *E* 3; siguuinum *E* 7. g) domiti *E* 6. 7. h) iul *C* 3. *D* 1. i) stefanusque *E* 1. 2. 9. k) suscoepit *C* 1. 2. l) eius *E* 6. 7. m) sollempniis *C* 1. 3. *D* 3. *E* 3. 6. 7. n) oppipare *C* 1. 2. *D* 3. *E* 6; opime *E* 3; oppidare *E* 7. o) compedium *D* 3. p) cum moratur *C* 1. 3; commoratur *C* 2; conmoratur *E* 2; cum moraretur *E* 3. 6. 7. q) hysp. *E* 7. r) abdirahamam *D* 1; abdirachman *E* 3. s) aquisgrani *C* 3; grani *D* 3.

1) *Qui a.* 778. *comes Burdigalensis constitutus esse dicitur; Simson 'Jahrb. Ludwigs d. Frommen' I,* 65, *Mühlbacher (p.* 234*)* 592 *a.* 2) *Leo non a. d. VIII. Kal. Iun. mortuus videtur esse, quoniam teste Vita eius prid. Id. Iun. sepultus est; cf. Mühlbacher (p.* 234*)* 596 *a, Jaffé-Wattenbach, 'Regesta pontif. Rom.' I, p.*316. *Stephanus IV. die Iun.* 22. *ordinatus est.*

817.

DCCCXVII. Legati Abdirahman[a], filii Abulaz regis 816.
Sarracenorum, de Caesaraugusta[b] missi pacis petendae
gratia venerunt, et Compendio[c] ab imperatore auditi
Aquasgrani[d] eum praecedere iussi sunt. Quo cum per-
venisset, legatum Leonis imperatoris de Constantinopoli 817.
pro Dalmatinorum[e] causa missum Niciforum[f] nomine
suscepit; quem etiam, quia Cadolah[g], ad quem illorum
confinium cura pertinebat, non aderat et tamen brevi
venturus putabatur, adventum illius iussit opperiri[h].
Quo veniente ratio inter eum et legatum imperatoris de
questionibus, quas idem detulit, habita est; et quia res
ad plurimos et Romanos et Sclavos pertinebat neque
sine illorum praesentia[i] finiri posse videbatur, illo de-
cernenda differtur, missusque ad hoc cum Cadolane[k] et
praedicto legato in Dalmatiam Albgarius[l], Unrochi[m]
nepos. Legati etiam Abdirahman[n], cum tribus mensibus *Febr.*
detenti essent et iam de reditu desperare coepissent,
remissi sunt.

Filii quoque Godofridi[o] regis Danorum propter
assiduam Herioldi infestationem[1] missa ad imperatorem
legatione pacem petunt eamque a se servandam polli-
centur; sed cum haec simulata magis quam veracia
viderentur, velut inania neglecta sunt, et auxilium contra
eos Herioldo datum.

Luna Non. Febr. hora noctis secunda defecit, et *Febr. 5.*
cometes in signo Agitatoris[p] apparuit.

Interea Stephanus[q] papa tertio[r], postquam Romam
venerat, mense, sed nondum exacto, circiter VIII. Kal.
Febr.[2] diem obiit. Cui Paschalis[s] successor electus post *Ian. 25. (24.)*
completam sollemniter[t] ordinationem suam et munera *(Ian. 25.)*
et excusatoriam imperatori misit epistolam, in qua sibi
non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti ponti-

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

817. a) abdirahamam *D* 1; abdiracman *D* 3; abdirachman *E* 3. b) ces. *D* 3. *E* 3. 6. 7. c) conp. *C* 3. *E* 2. d) aquisgr. *C*. e) dalmaticorum *D* 1. *E* 6; dalmantinorum *D* 3. f) nom. nicif. *E* 6. 7. g) cadolach *C* 1. 2. *E* 3; cadolon *D* 1. h) operiri *C*. *D* 3. *E* 3. 6. i) sine illorum iudicio *(omissis* praesentia — illo*)* *C* 3. k) cadelane *D* 3; cadolone *E* 7. l) abgarius *E* 2. 3; albag. *E* 7. m) unrohci *E* 9. n) abdirahaman *D* 1; abdiracman *D* 3; abdirachman *E* 3. o) godefr. *D* 3. *E* 3. 7. p) sagittarii *C* 3. q) stefanus *E* 1. 9. r) tercio *D* 3. *E* 2. 3. 7; *deest* *E* 6. s) pascalis *C* 1. t) sollempniter *C* 2. 3. *D* 3. *E* 6. 7; solemniter *E* 1. 3. 9.

1) *Cf. V. Kar.* 17: assidua infestatione vastabant *(D.)*. 2) *Stephanus a. d. IX. Kal. Febr. mortuus, Paschalis postero die consecratus est; cf. Ann. Fuld.* 817, *Jaffé-Wattenbach p.* 818.

ficatus honorem[u] velut inpactum adseverat. Missa tamen alia legatione pactum[u], quod cum praecessoribus suis factum erat, etiam secum fieri et fir mari rogavit. Hanc *p. 204 legationem Theodorus nomenclator et detulit et ea, quae petierat, impetravit.

Apr. 9. Feria quinta, qua cena[v] Domini celebratur, cum imperator ab ecclesia peracto sacro officio remearet, lignea porticus, per quam incedebat, cum et fragili materia esset aedificata[w] et tunc iam marcida et putrefacta, quae contignationem et tabulatum sustinebant, transtra pondus aliquod ferre non possent, incedentem desuper imperatorem subita ruina[1] cum viginti et eo amplius hominibus, qui una ibant, ad terram usque deposuit. Qui casus cum plerosque ex his, qui simul deciderant, graviter adfecisset, illi tamen nihil aliud laesionis[x] intulit, praeter[y] quod capulo gladii, quo accinctus erat, imi pectoris pars sinistra contusa est et auris dextra in parte posteriore vulnerata, femur quoque dextrum cuiusdam ligni pondere iuxta inguina conlisum. Sed instantia medicorum, qui ei curam adhibebant, summa *Apr. 29.* celeritate convaluit. Nam vicesima, postquam id acciderat, die Noviomagum profectus venatu sese[z] exercebat.

(Iul.) Unde reversus generalem populi[a] sui conventum Aquisgrani[b] more solito habuit, in quo filium suum primogenitum Hlotharium[c] coronavit et nominis atque imperii sui socium sibi constituit, caeteros[d] reges appellatos unum Aquitaniae[e], alterum Baioariae praefecit[2]. Conventu[f] peracto, cum Vosegi saltum venandi gratia peteret, obvios habuit legatos Leonis imperatoris; quos *(Aug.)* cum in Ingilenhaim[g] palatio iuxta Mogontiacum[h] civitatem audisset ac legationem eorum non aliam esse, nisi quam Niciforus eiusdem imperatoris legatus proxime adtulerat, comperisset, celeriter absolutos dimisit et, quo tendebat, proficiscitur.

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2). 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

u) honorem impositum intimavit et pactum *E* 6. 7. v) caena *C* 1. *D* 1. *E* 6. w) edif. *C* 1. 2. *E* 1. 3. 7. x) lesionis *C* 2. 3. *D* 3. *E* 3. 6. 7. y) propter *C* 1. 2. z) se *E* 6. 7. a) populo suo *C*. b) aquasgrani *D* 3. c) lothar. *D* 3. *E* 3; lotar. *E* 7. d) ceteros *C* 2. *D* 1. *E* 7. 9. e) equit. *D* 3. f) Conuento *C* 1. 2. g) ingelahaim *C* 3; ingilenheim *E* 1. 2. 6. 7; ingileheim *E* 3. h) mogunt. *C* 3; magontiam *D* 3; mogonciacum *E* 1. 3.

1) *Cf. V. Kar.* 32: Porticus . . . subita ruina usque ad fundamenta conlapsa *(D.)*. 2) *De hac divisione regni cf. Simson p.* 100—110, *Mühlbacher* 243 *(nr.* 628*)*, *Dümmler* 20—23.

Nuntiataque defectione Abodritorum et Sclaomiri comitibus tantum, qui iuxta Albim in praesidio residere solebant, ut terminos sibi commissos tuerentur, per legatum mandavit. Causa defectionis erat, quod regiam potestatem, quam Sclaomir[i] eatenus post mortem Thrasconis[k] solus super Abodritos tenebat, cum Ceadrago[l] filio Thrasconis[k] partiri iubebatur; quae[m] res illum tam graviter exacerbavit, ut adfirmaret[n] se numquam posthac Albim fluvium transiturum neque ad palatium venturum. Statim missa trans mare legatione iunxit amicitias[1] cum filiis Godofridi[o] et, ut exercitus in Saxoniam Transalbianam mitteretur, impetravit. Nam et classis eorum per Albiam usque ad Esesfeld[p] castellum venit, quae totam Sturiae[q] fluminis ripam devastavit, et Gluomi[r] custos Nordmannici[s] limitis pedestres copias ducens simul cum Abodritis[t] terreno itinere ad ipsum castellum accessit. Quibus cum nostri fortiter restitissent, omissa castelli obpugnatione[u] discesserunt[v].

Interea cum imperator venatione peracta de Vosego Aquasgrani reverteretur, nuntiatum est ei, Bernhardum nepotem suum, Italiae regem, quorundam pravorum ho- *(Nov.)* minum consilio tyrannidem meditatum iam omnes aditus, quibus in Italiam intratur, id est clusas[w], impositis firmasse praesidiis atque omnes Italiae civitates in illius verba iurasse[2]; quod ex parte verum, ex parte falsum erat. Ad quos motus comprimendos cum ex tota Gallia atque Germania congregato summa celeritate magno exercitu imperator Italiam intrare festinasset, Bernhardus[x] rebus suis diffidens[3], maxime quod se a suis cotidie[y] deseri videbat, armis depositis apud[z] Cavil- *(Dec.)* lionem[a] imperatori se tradidit; quem ceteri[b] secuti non solum armis depositis se dediderunt, verum ultro et ad primam interrogationem omnia, uti gesta erant, aperue-

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
i) scloamir *E* 7. k) trasconis *C* 3. *E* 3. 7. l) ceadrogo *C* 3. *D* 2; caeadrogo *D* 1. m) quaerens *C* 1; querens *corr.* que res *C* 2. n) aff. *D* 3. *E* 3. 6. 7. o) godafr. *D* 2; godefr. *E* 3. 7. p) esesfled *C* 2; eselfeldum *D* 1; esesfeldum *D* 3; esesfeld *E* 1. 2. 9; essefeld *E* 3; esesflet *E* 6; esefeld *E* 7. q) struriae *E* 1. r) glomi *E* 7. s) nordm. *E* 2. t) abodricis *E* 7. u) oppugn. *C* 2. *D*. *E* 1. 2. 9. v) disc. — uenatione *desunt* *D* 3. w) classas *C* 2; clausas *E* 3. 6. 7. x) brenhardus *C* 2; bernardus *C* 3; bernard *E* 2; berhardus *E* 9. y) quott. *C* 1; cott. *D* 3. *E* 3. 7. z) apud — depositis *desunt* *C* 2. a) caballonem *C* 3; gauillonem *D* 1; cauillonem *D* 3. *E* 3. b) caeteri *D* 2. *E* 1. 2. 3. 9.

1) *Cf. Iust. XLIII*, 3: amicitiam cum Romanis iunxit *(M.)*. 2) *Cf. Vellei. II*, 20, 4: is *(scilicet* exercitus*)* cum universus in verba eius iurasset *(M.)*. 3) *V. supra a.* 814.

runt. Huius coniurationis principes fuere Eggideo[c], inter amicos regis primus, et Reginhardus[d] camerarius eius et Reginharius[e] Meginharii[f] comitis filius, cuius maternus avus Hardradus[g] olim in Germania cum multis ex ea provincia[h] nobilibus contra Karolum[i] imperatorem coniuravit. Erant praeterea et alii multi praeclari et nobiles viri, qui in eodem scelere deprehensi sunt, inter quos et aliqui[k] episcopi, Anshelmus[l] Mediolanensis et Wolfoldus Cremonensis[m] et Theodulfus[n] Aurelianensis.

*818. *p. 20

DCCCXVIII. Detecta fraude[1] et coniuratione patefacta ac seditiosis omnibus in potestatem suam redactis imperator Aquasgrani[a] revertitur; transactoque quadra-
Mart. 28. gesimali ieiunio paucis post sanctum pascha diebus coniurationis auctores, qui superius nominati sunt, simul et regem iudicio Francorum capitali sententia condemnatos[b]
(Apr. 15.) luminibus tantum iussit orbari[2], episcopos synodali[c] decreto depositos monasteriis mancipari, caeteros[d], prout quisque vel nocentior vel[e] innocentior apparebat, vel exilio deportari vel detondi atque in monasteriis conversari.

Atque his ita dispositis ipse cum maximo exercitu Brittaniam[f] adgressus generalem conventum Venedis[3] habuit. Inde memoratam provinciam[g] ingressus captis rebellium munitionibus brevi totam in suam potestatem non[h] magno labore redegit. Nam postquam Mormanus[i], qui in ea praeter solitum Brittonibus morem regiam sibi vindicaverat potestatem, ab exercitu imperatoris occisus est, nullus Britto[k] inveniebatur, qui resisteret aut qui imperata facere aut qui obsides, qui iubebantur, dare rennueret.

Qua[l] expeditione completa cum imperator dimisso
Oct. 1. exercitu Andecavos[m, 4] civitatem[n] esset reversus, Irmin-

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

c) egiddeo *E* 3; eggideo *E* 9. d) reinhardus *C* 3. e) reinarius *C* 3. f) meinarii *C* 3. g) ardradus *E* 2; hartradus *E* 7. h) prouintia *C* 2. *D*. *E* 3. 6. i) carolum *C* 1. *E* 3. k) alii *E* 2. 7. l) anselmus *C* 3; anshelimus *E* 7. m) et Wolf. Crem. *desunt* *C* 3. n) theodolfus *C* 3. *D* 3. *E* 3.

818. a) aquisgrani *C* 3. *E* 3. 7. b) condempn. *D* 3. *E* 2. 3. 6. 7. c) sinod. *C* 3. *D* 1. 3. *E* 6. d) cet. *D* 1. *E* 2. 7. e) uel innoc. *desunt* *D* 3. f) brittanniam *D* 3. *E* 1. 2. 3. 6. 9. g) prouintiam *D* 1, 3. *E* 2. 3. 6. h) non magno lab. *desunt* *C* 3. i) mormanis *C* 2; nordmannus *corr.* mormannus *D* 1; mormanno . . occiso *D* 2; marmamus *D* 3. k) bretto *E* 6. 7. l) Qui *D* 1. *E* 2. m) andegauos *C*; andecauis *D* 1; andegauis *E* 7. n) ciuit. — Irmingardis *desunt* *E* 7.

1) *Cf. Liv. XXII,* 43: detecta fraude *(M.)*. 2) *Bernhardus tertio post caecationem die (Apr.* 17*) mortuus est; item Reginharius. Simson* 121, *Mühlbacher* 210 (496 *p*). 3) *Vannes.* 4) *Angers.*

gardis[o] regina, coniux[p] eius, quam proficiscens ibi aegrotantem[q] dimiserat, duobus diebus postquam ipse ad eam venit, morbo invalescente V. Non. Octobr. decessit. Eclypsis[r] solis contigit VIII. Id. Iul.[1] *Oct. 3.*

Imperator per Ratumagum[s] et per Ambianos[t] et Camaracum[u, 2] Aquasgrani[v] ad hibernandum[w] reversus, cum Heristallium[x] venisset, obvios habuit legatos Sigonis ducis Beneventanorum dona deferentes[y] eumque de nece Grimoldi ducis antecessoris sui excusantes[3]. Erant ibi et aliarum nationum legati, Abodritorum[4] videlicet ac Bornae[z, 5], ducis Guduscanorum[a, 6], et Timocianorum[b, 7], qui nuper a Bulgarorum societate desciverant[8] et ad nostros fines se contulerant, simul et Liudewiti[c], ducis Pannoniae inferioris[9], qui res novas moliens Cadolaum[d] comitem et marcae Foroiuliensis[e] praefectum crudelitatis atque insolentiae accusare conabatur. Quibus ibi auditis atque dimissis imperator Aquasgrani[f] ad hiemandum profectus est.

819.

DCCCXVIIII. Sclaomir Abodritorum rex, ob cuius 818. perfidiam ulciscendam exercitus Saxonum et orientalium Francorum eodem anno trans Albiam missus fuerat, per praefectos Saxonici limitis et legatos imperatoris, qui exercitui praeerant, Aquasgrani[a] adductus est. Quem cum primores populi sui, qui simul iussi venerant[b],

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
o) ermeng. *C* 3. p) coniunx *D* 1. 3. *E* 3. 6. q) egrot. *C*. *D* 3. *E* 2. 3. 6. 7. r) eclipsis *C* 3. *D* 1. s) ratumagnum *C* 2; rotomagum *C* 3. t) ambiones *D* 1. u) cameracum *E* 1. 2. 9. v) aquisgr. *C* 3. *E* 3. 7. w) hiemandum *E* 6. 7. x) heristadium *D* 3; heritallum *E* 2. y) ferentes *C* 1. 2. z) borne *C*. *E* 7. a) ducis canorum *D* 3. b) timotianorum *C* 1. 2. *D* 3. *E* 3. 9; timonitianorum *C* 3. c) aliud euuiti *C* 3; luideuuiti *D* 1; liudeuuici *D* 3; liuduuiti *E* 2; ludeuuici *E* 6; lůdowici *E* 7. d) caloiaum *D* 1. e) foroiulensis *D* 1; foroiubensis *E* 2. f) aquisgr. *C* 3. *E* 3. 7.
819. a) aquisgr. *C* 3. *E* 3. 7; aquas *D* 3. b) rant — quem iuxta Dravum fluvium iter agentem parva manu *uno folio exciso omnia desunt C* 1.

1) *Huius eclipsis noster reginae morte commonefactus videtur esse, quasi hanc illa praesagiverit.* 2) *Cambray.* 3) *Grimoaldo interfecto Sico a Beneventanis dux electus erat; Simson* 138. 4) *Orientalium*; *cf. infra a.* 824: Abodritorum, qui vulgo Praedenecenti vocantur et contermini Bulgaris Daciam Danubio adiacentem incolunt. 5) *Qui infra (a.* 819. 821*)* dux Dalmatiae atque Liburniae, *i. e. Croatiae, appellatur; cf. Dümmler, 'Sitzungsber. d. Wiener Akad.' XX,* 338. 6) *Incolarum pagi Gutzisca inter montes, qui Kapella dicuntur, et oram maris siti; Dümmler* 388 *n.* 3. 7) *Quos a fluvio Timok (in confinio Serbiae et Bulgariae) nomen accepisse consentaneum est.* 8) *Cf. Vellei. II,* 100, 1: Parthus desciscens a societate Romana *(M.).* 9) *Intra fluvios Drau et Save; infra (a.* 822*) civitas eius* Siscia *commemoratur.*

multis criminibus accusarent et ille rationabili defensione obiecta sibi refellere non valeret, exilio condempnatus[c] est et regnum Ceadrago[d] Thrasconis[e] filio datum. Simili modo et Lupus Centulli Wasco, qui cum Berengario[f, 1] Tolosae et Warino Arverni[g] comite eodem anno proelio conflixit, — in quo et fratrem Garsandum[h] singularis amentiae hominem amisit et ipse, nisi sibi fugiendo consuleret, prope interitum fuit, — cum in conspectum imperatoris venisset ac de perfidia, cuius a[i] memoratis comitibus inmane accusabatur, se purgare non potuisset, et ipse temporali est exilio deportatus[k].

819. Conventus Aquisgrani[l] post natalem Domini habitus,
Ian. in quo multa de statu ecclesiarum[m] et monasteriorum tractata atque ordinata sunt, legibus etiam[n] capitula quaedam pernecessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt. Quo peracto imperator inspectis plerisque nobilium filiabus Huelpi[o] comitis filiam nomine
(Febr.) Iudith duxit uxorem.

Iul. Iterumque[p] conventus mense Iulio apud Ingilunheim[q] palatium habitus et[r] exercitus de Italia in Pannoniam propter Liudewiti[s] rebellionem missus, qui rebus parum prospere gestis infecto pene negotio regressus est. Et Liudewitus superbia elatus legatos quasi pacem petendo ad imperatorem misit[2], conditiones quasdam proponens, ad qua*rum concessionem[u] ea, quae iuberentur, *p. 206.
se facturum pollicebatur. Quas cum imperator non reciperet[v] aliasque ei per suos legatos proponeret, permanendum sibi in inchoata perfidia velut optimum iudicans missis circumquaque legatis vicinas iuxta se gentes ad bellum sollicitare curavit. Timocianorum[w] quoque populum, qui dimissa Bulgarorum societate[x] ad imperatorum venire ac dicioni[y] eius se permittere gestiebat, ne hoc efficeret, ita intercepit[z] ac falsis persuasionibus

C 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

c) condemn. *E* 1. 9. d) ceadrogo *D* 2. e) trasc. *C* 3. *E* 7. 9. f) bermgari *C* 2; berngario *D* 3. *E*; bergario *E* 2. g) aruernico *C* 3; arduenni *D* 1: aruenni *E* 2. 7. 9. h) garhardum *E* 3. i) a memor. *desunt* *C* 3. k) dep. exilio *C*. l) aquasgr. *E* 1. m) eccl. *C* 3. *D* 3. *E* 3. 6. n) etiam aut *C*. o) huuelpi *C* 2; uuelpi *C* 3. p) Itemque *C*. q) ingulenh. *C* 2; ingelah. *C* 3: ingilenhaim *D* 1; ingilheim *D* 3; ingilumh. *E* 2; ingilinh. *E* 6; ingilanh. *E* 9. r) *deest* *C*. s) leud. *C* 3; luid. *D* 1; ludeuvitis *D* 3; ludeuuici *E* 6; ludowici *E* 7. t) luid. *D* 1; ludevuicus *D* 3; ludeuuicus *E* 6; ludowicus *E* 7. u) confess. *D* 1. 3. v) acciperet *E* 6. 7. w) timotian. *C* 3. *D* 1. 3. x) sot. *C* 2. 3. *D* 3. y) dit. *D* 3. *E* 2. 3. 6. z) intercepit *C* 3. *E* 3. 6; -coeuit *D* 3.

1) *Unrochi filio; cf. Simson* 141, *n.* 2. 2) *Hos iam ad conventum mense Iulio habitum advenisse (cf. Mühlbacher* 671 *a) ex his annalibus non sequitur.*

inlexit, ut omisso, quod facere cogitabat, perfidiae illius socius et adiutor existeret.

Exercitu vero de Pannonia reverso Cadolach[a] dux Foroiuliensis febre correptus in ipsa marca decessit. Cui cum Baldricus[b] esset subrogatus et in Carantanorum[c] regionem, quae ad ipsius curam pertinebat, fuisset ingressus, obvium ibi habuit Liudewiti[d] exercitum; quem iuxta Dravum[1] fluvium iter agentem parva manu adgressus[e] pluribus interfectis et avertit et de illa provincia[f] fugavit.

Borna vero dux Dalmatiae[g] cum magnis copiis ad Colapium[h, 2] fluvium Liudewito[i] ad se venienti occurrens in prima congressione[3] a Guduscanis deseritur; auxilio tamen praetorianorum suorum[4] protectus evasit. Periit in eo proelio[k] Dragamosus[l] socer Liudewiti[m], qui in exordio defectionis relicto genero Bornae[n] se coniunxerat. Guduscani domum regressi[o] iterum a[p] Borna subiguntur. At Liudewitus[q] occasionem nanctus[r] cum valida manu Decembrio mense Dalmatiam ingressus, ferro et igni cuncta[s] devastat. Cui cum Borna se penitus inparem[t] conspiceret, omnia sua castellis inclusit et ipse cum delecta manu nunc a tergo nunc a latere insistens Liudewiti[u] copias et noctu et interdiu, quacumque poterat, laceravit neque eum in sua provincia[v] inpune versari permisit; ad extremum gravi damno[w] adfectum[x] regione sua coegit[y] excedere, tribus hominum milibus de exercitu illius interfectis et trecentis vel eo amplius caballis captis praeter sarcinas et spolia diversi generis direpta; quae qualiter gesta fuerint, per legatos suos imperatori nuntiare[z] curavit. *Dec.*

At in partibus occiduis[5] Pippinus[a] imperatoris filius

C 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.

a) cadolah *D* 3. *E* 1. 2. 6. 7; cadolad *E* 9. b) haldricus *D* 1. c) carantorum *D* 3; cantanorum *E* 3. d) luduvvici *D* 3; ludeuuici *E* 6; lŏdowici *E* 7. e) *Ab hoc vocabulo post folium excisum pergit C* 1. f) prouintia *C* 2. *D* 3. *E* 2. 3. 6. 9. g) dalmaciaė *E* 1. h) colampium *E* 6. 7. i) lieuuito *C* 3; lud. *D* 1; liudeuvico *D* 3; liudeuito *E* 2; ludeuuico *E* 6; ludouuico *E* 7. k) ṗlio *D* 1. 3. *E* 3. 6. 7; prelio *E* 2. l) dragom. *C* 3. *E* 3; dramagosus *E* 7. m) liudevuici *D* 3; ludeuuici *E* 6; lŏdowici *E* 7. n) borne *C*. *E* 2. 7. o) reuersi *C* 3. *Ann. Mett.* p) a B. *desunt E* 1. q) ludeuvicus *D* 3; Aliud euuitus *E* 1; liudeuuicus *E* 3; ludeuuicus *E* 6; lŏdouuicus *E* 7. r) nactus *D* 3. *E* 3. 6. 7. s) *deest E* 1—7. t) imp. *D* 1. *E* 3. 6. 7. u) liudeuvici *D* 3; liudeuuit *E* 1. 2. 9; ludeuuici *E* 6; ludouuici *E* 7. v) prouintia *C* 2. 3. *D* 1. 3. *E* 2. 3. 6. 7. w) dampno *D* 3. *E* 3. 6. x) affectum *D* 1. 3. *E* 3; affectus *E* 6. 7. y) cępit *E* 6; cepit *E* 7. z) nunciare *C* 1. *E* 2. 3. 7. a) pipinus *C* 3; pipinnus *D* 1; pippinis *D* 3.

1) *Drau.* 2) *Kulpa.* 3) *Cf. Iust. IV*, 5. *XXII*, 3. *XXXI*, 6. *XXXVI*, 4 *(M.)*. 4) *I. e. Croatarum; cf. Dümmler l. l.* 5) *Cf. supra a.* 809: At in occiduis partibus domnus Hl. rex cum exercitu Hispaniam ingressus *(D.)*.

iussu patris Wasconiam cum exercitu ingressus sublatis ex ea seditiosis totam eam provinciam[b] ita pacavit[1], ut nullus in ea rebellis aut inoboediens remansisse videretur.

Harioldus quoque iussu imperatoris ad naves suas per Abodritos reductus in patriam quasi regnum ibi[c] accepturus navigavit. Cui se duo ex filiis Godofridi[d] quasi una cum eo regnum habituri sociasse dicuntur, aliis duobus patria expulsis; sed hoc dolo factum putatur[2].

Imperator conventu dimisso primo Cruciniacum[e, 3], deinde Bingiam[4] veniens secunda aqua Confluentem[5] usque per Rhenum[f] navigavit, inde Arduennam[g] venandi gratia proficiscitur; venatorio quoque exercitio[h] more solemni[i] ibidem exacto Aquasgrani[k] ad hiemandum revertitur.

820.

Ian. DCCCXX. Mense Ianuario conventus ibidem habitus, in quo de Liudewiti[a] defectione deliberatum est, ut tres exercitus simul ex tribus partibus ad devastandam eius regionem atque ipsius audaciam[b] coercendam mitterentur. Borna quoque primo per legatos, deinde ipse veniens, quid sibi facto opus esse videretur, suggessit.

In eo conventu Bera comes Barcinonae[6], qui iam diu fraudis et infidelitatis a vicinis suis insimulabatur[c], cum accusatore suo equestri pugna confligere conatus vincitur. Cumque ut reus maiestatis capitali sententia damnaretur[d], parsum est ei misericordia imperatoris, et Ratumagum[e] exilio deportatus est.

Transacta hieme, ut primum herba pabulum iumentis[7] praebere potuit, tres illi exercitus contra Liudewitum[f] mittuntur. Quorum unus de Italia per Alpes Noricas, alter per Carantanorum[g] provinciam[h], tertius[i] per

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
b) prouintiam *C* 2. *D* 1. 3. *E* 3. 6. c) ibi — regnum *desunt* *D* 3. d) godefr. *E* 3. 7. e) crucianacum *D* 1; crucianiacum *E* 7. f) hrenum *C*; renum *E* 3; pernhenum *E* 9. g) aduennam *D* 3. h) excitio *C* 1; exitio *C* 2. i) sollempni *C* 3. *D* 3. *E* 3. 6. 7. k) aquisgr. *C* 3. *E* 3. 7.

820. a) quo ludeuvicus *D* 3; liudeuuitti *E* 2; ludeuuici *E* 6. 7. b) audatiam *C*. *D* 3. *E* 3. 7. c) simulabatur *E* 6. 7. d) dampn. *C* 3. *D* 3. *E* 2. 3. 6. 7. e) rotomagum *C* 3; ratumagnum *D* 3. *E* 2. f) liudeuvicum *D* 3; ludeuuicum *E* 6; ludowicum *E* 7. g) canratan. *E* 7. h) prouintiam *C* 1. 2. *D* 1. *E* 3. 6. i) tercius *C* 1. 3. *E* 1. 3. 6. 7.

1) *Cf. Iust. XXXVIII*, 7: qui totam pacavit Asiam *(M.)*. 2) *Haec opinio falsa erat: v. infra a.* 821. 3) *Kreuznach.* 4) *Bingen.* 5) *Koblenz.* 6) *A.* 801. *constitutus; cf. Vitae Hludowici c.* 13 *et* 33. 7) *Cf. Caes. de b. Gall. II*, 2: cum primum pabuli copia esse inciperet *(M.)*.

Baioariam et Pannoniam superiorem intravit: et duo quidem, id est dexter ac sinister, tardius ingressi sunt, eo quod unus Alpium transitu hostium manu resistente prohibebatur, alter et longitudine itineris et Dravo flumine, quod traiciendum erat, impediebatur; medius autem, qui per Carantanos intrabat, quamquam in tribus locis
*p. 207. ei *resisteretur, feliciore usus fortuna ter hoste superato, Dravo etiam transmisso celerius ad destinata loca pervenit. Contra haec Liudewitus[k] nihil molitus munitione tantum castelli, quod in arduo monte construxerat, se suosque continuit et nec belli nec pacis vel per semet ipsum vel per legatos ullum cum eis sermonem habuisse dicitur. Exercitus vero, postquam in unum convenerunt, totam pene[l] regionem ferro et igni devastantes haud[m] ullo gravi damno[n] accepto domum reversi sunt. Is tamen, qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Dravi fluminis ex locorum et aquarum insalubritate soluti ventris incommodo graviter adfectus[o] est, et[p] pars eius non modica hoc morbo consumpta est. Hi[q] tres exercitus de Saxonia et orientali Francia[r] et Alamannia[s], Baioaria[t] quoque atque Italia congregati sunt. Quibus domum reversis Carniolenses[1], qui circa Savum fluvium habitant et Foroiuliensibus[u] pene contigui sunt, Baldrico[v] se dediderunt; idem et pars Carantanorum, quae ad Liudewiti[w] partes a nobis defecerat, facere curavit.

Foedus inter nos et Abulaz regem Hispaniae[x] constitutum et neutrae parti satis proficuum consulto ruptum bellumque adversus eum susceptum est[2].

In Italico mari octo naves negotiatorum[y] de Sardinia[z] ad Italiam revertentium a piratis captae ac dimersae[a] sunt: de Nordmannia[b] vero tredecim piraticae[c] naves egressae primo in Flandrensi[d] litore praedari molientes ab his, qui in praesidio erant, repulsae sunt; ubi tamen ab eis propter custodum incuriam aliquot casae viles incensae et parvus pecoris numerus abactus est. In ostio Sequanae similia temptantes resistentibus

C 1. 2. 3. (4.) *D* 1. (2.) 3. *E* 1. 2. 3. (4. 5.) 6. 7. 9.
k) ludeuuicus *D* 3. *E* 6; lůdowicus *E* 7. l) poene *C* 1. 2; paene *C* 3. m) haut *C* 3. *D* 3. *E* 6. 7. n) dampno *D* 3. *E* 3. 6. o) aff. *C* 3. *D* 2. *E* 3. 6. 7. p) et — est *desunt* *D* 3. q) Hii *D* 3. *E* 1. 2. 3. 9. r) frantia *C* 2. 3. *D* 3. s) alimannia *E* 1. t) baioria *D* 3. u) foroiulens. *C* 3; foro niliens. *D* 3. v) baldorico *C* 3. w) liudeuuici *D* 3; leudeuuiti *E* 2; ludeuuici *E* 6; ludovvici *E* 7. x) hyspanie *E* 7. y) negoc. *C* 1. *E* 2. 3. 7. z) sardia *E* 2. a) dimerse *C*. *E* 7. b) normandia *D* 3; nordmannia *E* 1. 2. 9. c) pyrat. *C*. *E* 3. d) flandensi *D* 3; flandresi *E* 6; fladrensi *E* 7.

1) Carniolum = *Krain*. 2) *Cf. supra a.* 812.

sibi litoris custodibus, quinque suorum interfectis inritae[e] recesserunt. Tandem in Aquitanico[f] litore prosperis usae successibus vico quodam, qui vocatur Buyn[g, 1], ad integrum depopulato cum ingenti praeda ad propria reversae sunt.

